

ha, vt Christus Dominus Matt. 3. argumentatus est; ideo sapiētissime, vt solet, disponens omnia suauiter, nemini prædicationis verbum subtrahendū putauit. In huius autē veritatis testimonium videtur dixisse Ioānes Baptista, vt refertur Matth.

Matt. 1. & Luc. 2. *Ego vox clamantis in deserto: parate viā Domino rectas facite semitas eius.* Nēpe, vt ipsū desertum, iam non sit desertū; sed via plana, & regia, qua venturus Dominus possit incedere.

& hoc est, quod sequitur, *erunt praua indirecta, & aspera in vias planas.* Potens est itaque Deus ex prauis hominibus, maximos efficere pœnitentes; ex statuq; culpæ in gratiæ statum transferre.

Quo sensu B. Augustinus explicat Ionæ prophetiā quatenus habet. *adhuc quadraginta diebus & Niniue subuertetur;* aitq; reuera in hoc sēsu urbē illam fuisse euersam, Niniuem, inquam peccatricē; denuoq; aliā Niniuē fuisse ædificatam, videlicet, pœnitentē: quo modo impleta est Ionæ prophetia non intra dies quadraginta, sed intra tres, quibus à peccatrice fuit in pœnitentiam euersa, vel potius conuersa.

Ex quibus quanta sit diuini

verbi virtus, etiam iuxta viam, supra petram, & inter spinas, comprobatur.

Hoc eodē sensu exponit Origenes aliam Matt. 13. parabolā, cum enim quidam seminauerit bonum semen in agro suo, dormientibus hominibus, venit inimicus, & superseminauit zizania: creuit autem herba simul cum tritico, & apparuerunt zizania. Quærentibus autem seruis, & dicentibus, *Domine nonne bonū semen seminasti in agro tuo?*

Unde ergo habet zizania? respōdit. *inimicus homo hoc fecit. dicūt ei. visimus & colligimus ea? ait illis. nonne forte eradicetis simul & triticum.* Ait ergo Origenes Dominum noluisse zizania eradicari, quia præuidebat, virtute diuina ex illis aliquando triticū esse colligendum: quando scilicet diuini verbi virtute, subuersa iniquitate, peccatores conuerterentur in maximos pœnitentes.

In quam sententiā beatus Augustinus tractatu in Psal. 54. *ne putetis, inquit, malos gratis esse in hoc mundo. & nihil boni de illis agere Deum: omnis malus, aut ideo viuunt vt corrigatur, aut vt per illum bonus exerceatur, & infra. plerumque, ait, cum*

tibi

Origenes. 8.

Matt. 13.

Aug.

Annotationes in Euangelium

tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis, & cat. Serui igitur patrisfamilias nescientes, quòd dominus aliquid boni cogitabat, de zizanijs eradicare volebant, Dominus verò, qui omnia nouerat, ne eradicarentur persuasit. In exemplum adduci potest, id, quod refertur ab Euangelista Luca capite nono de quadam ciuitate Samaritanorum, qui cum nolent Christum recipere, dicunt discipuli. *Domine vis, dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumat illos. conuersus Dominus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Hoc autem fecit praeuidens quòd à Samaritanis non solum aliquando esset recipiendus, sed & rogandus, vt patet Ioan. 4.*

9. Responderi etiã posset, Deũ voluisse vt diuini verbi semen in omnem terram seminaretur iuxta illud Ps. 18. *In omnẽ terrã exiuit sonus eorum*, nequis incredulitatis suæ excusationem haberet, sicut ipsemet Christus dixit Ioannis. 15. *Si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si enim aliqua esset terra, in*

quam Euangelicæ prædicationis verbũ non perueniret, posset prætere illam excusationem, quam Matth. 25. legimus seruum nequam parabolice in sui excusationem, prope-fuisse; nempe. *metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti.* In quam sententiam Sapien-tiæ cap. 5. in persona damnandorum sic legimus. *Iustitiæ lumen non luxit nobis: sol intelligentiæ non ortus est nobis.* Quibus verbis impij, culpam damnationis suæ proijcere videntur in diuinam sapientiam, à qua nunquam illuminatos fuisse, falsò conqueruntur; quod quidẽ blasphemia est, & impietas maxima: diuinæ namque iustitiæ lumen omnibus luxit, sicut testatur Ioannes Euangelista cap. 1. *Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum.* Ex quibus iam patet verissimam esse dominicam illam sententiam Osee cap. 13. *Perditio tua Israel: tantummodo ex me auxilium tuum:* impij vero dilexisse magis arguuntur tenebras, quam lucem illius diuinæ bonitatis, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Aliud

Aliud cecidit in terram bonam; & exortū fecit fructum centuplum.

10. **C**hristus Dominus rogatus à discipulis vt parabolam exponeret, singula edisserens, hanc terræ bonam partē, super quam semen dum cecidit, fecit fructum centuplum, sic interpretatus est. *Quod autē in bonam terram, inquit, hi sunt, qui in corde bono, & optimo, audientes Verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* In hac vero Christi expositione, duo maximè sunt adnotanda. Verbum, *retinent*, & verbum, *in patientia*. Verbum, *retinent*, significat vim maximam, seu violentiam, quæ id, quod aliquis maxima etiam vi è manibus nostris conatur eripere, retinemus: nõ aliter verbū apprehendere significat manus iniicere in eum, qui effugere nititur quantum potest, quo verbo vsus est Apostolus cum de verbo diuino incarnato dixit, *semen Abrahamæ apprehendit*, vt significaret Dei bonitatem, qui hominem veluti à salute fugientem apprehendisset. Eodem igitur modo cum

Saluator noster pios homines, nomine bonæ terræ significatos, verbum Dei retinere dicit, alludere videtur ad id, quod ipsemet alibi dicit. *Regnum cælorum, videlicet vim pati, & violentos tantummodò rapere illud.* Secundo cum dicit. *Verbum retinent*, ostendit diabolum quam maxima vi potest efficere, & laborare, vt prædicationis verbum eripiat de cordibus audientium, *ne credentes salui fiant.*

In hanc sententiam, & in prædicto sensu intellige id, quod Deus de patriarcha Iob ad diabolum dixit. *Numquid, inquit, considerasti seruum meū Iob, quod non sit ei similis in terra: vir simplex, ac rectus, & adhuc retinens innocentiam?* hoc est etiam te aduersante, ac maximè renitente, ac mille in eum nocendi artes, modosque inuestigante, vt illi innocentiam eripias, ipse tamen te fortior existens, viriliter agens, adhuc eam retinet, te inuito. Quanta vero cura, ac diligentia diabolus piorum innocentiam, virtutemque eripere curet, manifestum fiet tentatione ipsius Iob. Idque etiam vnusquisq; in semetipso ex quotidianis, imò ex momentaneis

Iob. i.

expe-

verbū
retin.
quid si
gnifi-
cat.

Annotationes in Euangelium

experiri poterit, tentationibus: ideo namque diabolus in diuina scriptura, aliquando vt leo, aliquando vt auis, aliquando vt vulpes mortales dicitur tentare, quia in tentando vitur leonis vi, velocitate auis, sagacitate vulpis, quemadmodum etiam & serpentis prudentia, hisque omnibus animalibus in scriptura, vt cautos nos faciat, comparatur. *tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem deuoret.* Ecce leonis vitur fortitudine. *Et aues cæli comedunt illud, nēpe semen in via.* Ecce auis velocitatem. *Capite nobis vulpes paruulas.* Ecce astutiam innuit in tentando. in super & Genes. 2. *Serpens dicitur calidior cunctis animantibus.* In Psal. etiam 103. dicitur diabolus draco, & Iob. 40. Leuiathan appellatur. In quem locum Greg. *in hac, inquit, aquarum abyſſo, id est, immensitate generis humani, aperto ore cetus iste ferebatur, ad omnium mortem inhians, vitam penè omnium vorās, &c.* Hanc hominum miserabilem vicem miseratus Deus, admirabilem draconis expiscandi modum inuenit: verbi diuinitatem quasi hamum, carne veluti aptissima textit esca: & in mare

misit; in escam irruit cetus; quid multa? diuinitate veluti hamo transfixus, prehēditur, & foras extrahitur, iuxta illud Ioan. 12. *Nunc princeps huius mundi, id est, cetus in mari hoc magno imperans, eijcitur foras.* Vnde Gregor. magnus, homo, inquit, *captus est, quia in redemptore nostro dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforauit.*

Expiscatus est diabolus primos parētes in diuinitate quasi dulci esca; *eritis, inquit, sicut dii.* at iuxta illud Isaia 33. *Væ, qui prædatis, nonne & ipse prædaberis?* diuinitate cepit, diuinitate captus est: non tamen tanquam esca palam proposita, sed tanquā homo carne operto. Sic Damascenus lib. 3. de fide. cap. 1. *quoniam hostis, inquit, iniecta diuinitatis spe hominem pellexerat, ipse vicissim carnis in tegumento allicitur, & inescatur.* Nazianzenus etiam oratione in sancta lumina; sic ait, *diabolus nos diuinitatis spe obiecta tanquam illecebra in fraudem induxit, ea de causa ipse prætextu carnis inescatur; vt dum quasi in Adamum impetū facit, in Deum incurrat.* & cat. **Quare per vnigenitum Dei filium**

Gen.
2.
Iob.
40.

Dam.

Naz.

Pf.

lium, omnibus huius serpentis detectis insidijs, liberari possumus à laqueo venantis, si habitantes in adiutorio altissimi, fructum gratiæ volumus retinere, idque in patientia, quemadmodum secundo loco notandum esse diximus.

12. Ad Hebr. 10. Beatus Apostolus Paulus ad Hebræos 10. patientiam nobis cōmendat tanquam aliquid necessarium ad salutem. *Patientia*, inquit, *vobis necessaria est, ut reportetis promissionem.* Promissio autem Dei hæc est, sicut patet ex Matth. 16. *Centuplum accipiet*

16. *& vitam æternam possidebit.* Potest autem verbum illud, *fructū retinent in patientia*, sic intelligi, ut nomen, *patientia*, non pro patientia, qua mala toleramus accipiatur, sed pro patienti expectatione, qua cum spe præmij in malis ferendis perseveramus: verbum enim græcum hoc etiā significat, estque in divinis literis frequētissima huiusmodi significatio, verbi, *patientia*. Quo sensu intelligendus est Prophetæ Psal. 26. cum sic ait. *Expecta Dominum viriliter age: confortetur cor tuum, & sustine Dominū.* Vbi idem verbū habetur, estq; idem ac si diceret. *patientia ex-*

pectatione persevera in expectanda Domini repromissione. Item illud Psal. 61. *Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.* & Roman. 2. *qui reddet unicuique secundum opera eius: ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem.* Vbi patientia boni operis idem est, quod perseverantia in bono opere. Sensus igitur illorum verborū Christi Domini. *Verbum retinent in patientia*, iuxta prædictam expositionem patientiæ, talis est. Verbum prædicationis, quod corde bono, & optimo receperunt, patienti expectatione, & perseverantia retinentes, mercedem quandam gloriæ, suo tempore tribuendam, expectant.

Notandum est autem, ad huiusmodi patientiam, seu animi perseverantiā in retinendo eū galicæ prædicationis verbo, necessariam nobis esse vim maximā: ideo namq; Apostolus nos præcipit armari, ne expugnemur. *In omnibus, inquit, sumētes scutum fidei, ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Ad Eph. 6. Petrus etiā Apostol. epi. 1. cap. 1. sic ait. *Christo igitur passo in carne, & vos eadē cogitatione*

Annotationes in Euangelium

armamini; hoc est eandē cogitationem, velut arma induite: vel sic. Cōgruēter huic cogitationi armamini. Vbi notandū est verbum, *armamini*; neque enim dixit induimini, vel exornamini, sed *armamini*, quod verbum impugnationem sonat, & praeliū; vt significetur fortitudo passionis Christi, cuius vel sola meditatione armati, diabolum possumus superare; quam eandem ob causam Christus cruci affixus clypeo comparatur: fuitq; expressus in illo Iosue clypeo, quem ille ex praecepto Domini leuauit in sublime in praelio, quod cum habitatoribus vrbs Hai committebatur, vt ad eius conspectum exercitus confidentius praeliaretur. Iosue cap. 8. quo videtur allusisse Isaias c. 5. dum dixit. *Leuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terrae. Ecce festinus volociter veniet: non est deficiens, neque laborans in eo; neque soluetur cingulum renum eius, neque rumpe- tur corrigia calceamenti. Quae verba quanuis ad literam intelligenda sint de Assyrijs, quos Deus quasi erecto signo euocauit ad Iudæorum euersionem: tamen signum illud erectum*

Christum possumus interpre- tari, quo in Cruce exaltato, omnes euocati sunt ad bellum cū animi hostibus gerendum; & ad praelium ita animati, vt nullus dici possit deficiens, aut laborans; nulliusque cingulum prae timore soluatur. Recte vero dicitur, & sibilabit; quia ad minimum Christi nutum, quamplurimi strenui milites ex omnibus mundi partibus conuolarunt, sub signo Crucis praeliaturi.

Hanc eandē ob causam Christus in cruce turris fortitudinis appellatur Psal. 60. *deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.* Audi quid in hunc locū dixerit Aug. *Unde factus est Christus spes mea, nisi quia passus est, & resurrexit: nos enim non noueramus nisi nasci hominem, & mori. resurgere hominem, & viuere in aeternum, non noueramus. Suscepit quod noueras, & demonstrauit, quod non noueras, ideo factus est spes nostra, in tribulationibus. Sequitur in Psalmo. Turris fortitudinis à facie inimici. Angitur cor meum: laboro inter tentationes; is est mihi turris quo cū fugero, non solum vitabo tela inimici, sed etiam in illum, quae voluero, ipse iaculabor.*

Huc

Iosue
8.

Isai. 5

Ps. 60

Aug.

14.
Iacob.
1.

Huc spectat illud Iacobi c. 5. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt: sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus, & miserator.* Nonnulli verba illa, *finem Domini vidistis*, ad ipsum referunt Iob, intelliguntque ea de fœlicitate, quæ tanquam finis, eius calamitates consecuta est: *ut finem Domini*, idem sit, quod finis, quem Dominus eius calamitatibus imposuit. Melius ta-

men alij de passione, & resurrectione Domini interpretantur: ut sit sensus. *finem Domini vidistis*; hoc est, vidistis quam felici clausula, & fine eius passio fuerit terminata. debetis igitur vos similes in laboribus fiduciã habere, eosque expectatione futuræ fœlicitatis, & glorię, patienter, & animosè tolerare, Hęc pro intelligentia, & interpretatione eorum verborũ, fructũ retinēt, in patientia, dixisse sufficiat.

A N N O T A T I O N E S

I N E V A N G E L I V M

Pro Dominica in Quinquagesima. in illud Lucæ 18.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus, &c.



1.

IN parabola superioris Dominicę vidim⁹ verbi diuini semē partim fuisse conculcatũ in via: partim aruisse in petra: partim verò fuisse inter spinas suffocatum: solum autem illa seminis pars, quę cecidit in terrã bonam, centuplum fecisse fructum; cuius fructus causa nũc affert Christus Dominus, nepe

ipfius passionem, & crucẽ, quã prænuntians discipulis ait. *Ecce ascendimus Hierosolymã, & consumabũtur omnia, quę scripta sunt de filio hominis, &c.*

Inter omnia, quę scripta sũt in Prophetis de filio hominis, quod attinet ad eius passionem fuit insigne illud Isaia. 3. *Si puer fuerit animam suam videbit semē longæuum, &c.* In quam sententiã

F tiam

Annotationes in Euangelium

Aug. 140. *singulariter sum ego donec transeã. loquitur autem sanctus doctor in persona Christi. donec ego transeã de hoc mũdo ad Patrẽ, singularis sum, hoc est solus, cum verò transiero per mortẽ, multiplicabor in discipulis. subditur. Prius quã ergo Dominus transiret ad patrem singularis fuit, quia nullos habuit socios passionis, qui postea in multiplicẽ segetem de vnius grani fecunditate creuerunt. Vnde Bernard. moriatur, inquit, granũ, ut surgat gentium seges.*

Bern. Vnde iam primò obseruandũ est, tum gentium fidẽ, tum martyrum coronas fructũ esse passionis Christi, quemadmodum etiã & cætera vnius cuiusq; nostrũ bona opera: ideoq; neminẽ posse ea sibi irrogare, sed Christo, iuxta illud Apostoli. I. Cor. 1. *qui gloriatur in Domino gloria- tur. quia verò Dominus omniũ fidelium meruit coronas, dicitur apud Isaiam c. 62. ad Ecclesiam. Eris corona gloriæ in manu Dei, & diadema regni in manu Domini. Et Zach. 6. legimus dixisse Dominũ, vt faceret coronas, quas poneret in capite Iesu filij Iosadech sacerdotis magni, id quod in figura factum est. Apocalyp-*

sis etiam c. 4. seniores illi mittebant coronas suas ante pedes agni, qua de re legendus est Rupertus lib. 2. in Zachariam.

Secundò notandum est, huius gloriæ Christi, fructusq; fidelium, ministros fuisse Iudæos, & cæteros Christi persecutores, quãuis nescientes, id, quod non obscure deducit Theodoretus ex illo loco Ps. 128. cũ Propheta in persona Saluatoris ait. *Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores, &c. verè namq; supra dorsum Christi per manus peccatorum, hoc est Iudæorũ, à quib; crucifixus est, totius Ecclesiæ fabrica fuit constructa: sicut enim Deus ex costa dormientis Adami mulierem formauit. ita ex dorso Christi in Cruce morientis, Ecclesiæ edificiũ consurrexit; de quo ait Apostolus ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnũ est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Aquila, & Theodotio, pro, fabricauerunt, transferunt, arauerunt; quasi diceret Saluator noster; flagellis, clavis, & lancea, veluti aratro dorsi mei terram proscindentes, effecerunt, vt innumerabilis virtutum omnium seges consurgeret in meis fidelibus.*

Theo-

Apoc.
4.

2.

Psalm.
128.

Pro
5.

Ad E.
phe. 1
Aqui
la.

3.

Iust

Theo
doret.

Theodoretus prædicta Psal-
mi verba refert ad flagella, &
verberationes triumphatorib⁹
martyribus à tyrannis inflictas:
eodem namq; modo supra dor-
sum martyrum arant persecu-
tores, & seminant segetem me-
ritorum; & iuxta vulgatam edi-
tionem fabricant ipsis pulcher-
rimas gloriæ coronas. Neque
vero id, quod sequitur est præ-
tereundum: *prolongauerunt, in-
quit, iniquitatem suam.* Ea nimi-
rum est impiorum natura, vt
iniquitatem semper extendât:
ducta similitudine à funibus,
qui vt longiores efficiantur, alij
alijs nectuntur: sic impij iniqui-
tatem iniquitati addunt, ita vt
longissimum funem conficiât,
quo aliquando constringantur,
iuxta illud Prouerb. 5. *funibus
peccatorum suorum constringitur
impius.*

Prou.
5.

Cæterum, vt sententiã Theo-
doreti prosequamur, appareat-
que quantum Ecclesia persecu-
tionibus augeatur, notandum
est ex Iustino in dialogo cum
tryphone, persecutionem fide-
lium, vineæ putationi compa-
rari. *Vt enim, inquit, vineæ puta-
tione ad libertatem prouocantur:
ita Ecclesia persecutionibus crescit.*

Iustin

Vnde Tertullianus in apologe-
tico cap. vltimo; *plures, inquit, Terr.
efficimur quoties metimur à vo-
bis: semen est sanguis Christianorū.*
Ad hanc vero similitudinem se-
minis allusit Leo serm. 1. de Pe- Leop.
tro, & Paulo dicens. *Non mi-
nuitur persecutionibus Ecclesia, sed
augetur: & semper dominicus ager,
segete ditiore vestitur; dum grana,
quæ singula cadunt, multiplicata
nascuntur.* Eodem pertinet,
quod ait Diuus Ioannes Chry- Chry-
sostomus sermone in Iuuentiū, soft.
& Maximum martyres. *Sicut
plantæ, inquit, rigatæ magis cres-
cunt: ita & fides nostra oppugnata
magis floret: neque horti aquis ir-
rigati ita germinant, vt Ecclesia
si martyrum sanguine irrigentur.*
Hæc sunt, inter alia, quæ Eccle-
siæ, hoc est Christi fideles, ex
passione ipsius, tanquam sua-
uissimos, ac copiosissimos fru-
ctus ex semine receperunt.

Vnde iam vides quanti sint hu-
iusmodi fructus faciendi, qui san-
guine ipsius Christi steterūt. id
quod Apostolus ad Hebr. 12. in
memoriã reducit, ne quis videli Hebr.
12.
cet animo deficiat in suis, p Chri-
sto passionibus tolerãdis. *Reco-
gitat, inquit, eū, qui talẽ à pecca-
torib⁹ sustinuit aduersus semetipsū*

Annotationes in Euangelium

1. Cor
6.
 contradictionem; ut ne fatigemini animis vestris deficientes. Prima etiam ad Cor. 6. ne quis in castitate deficiat ita suadet. *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? empti enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quasi dicat. Videte vos metipsum ne perdatis, quæ operati estis gratia Dei: vel potius quæ Deus operatus est in vobis; nempe ut Spiritus Sancti templum, & habitaculum essetis: neue parui faciatis animas vestras, quæ Christi sanguine steterunt; vnde nequiam vestri estis, sed Dominileu cuius estis sanguine redempti. Hinc est, quod idem Apostolus non iam, quæ sua erant quærens, sed quæ Iesu Christi, ipsius etiã vita, & non propria se viuere gloriabatur dicens. *Viuo ego, iam non ego, viuunt verò in me Christus, ad Galat. 2. Quo sensu ad Cor. epi. 2. c. 5 pro omnibus, inquit, mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. In quæ locum obseruandum est Apostolum coniunxisse verbum, resurrexit, verbo, mortuus est; quemadmo-**

dum saluator noster postquam discipulis dixit, quæ, & quanta passurus esset Hierosolymis, subiunxit, & tertia die resurget, ut videlicet & illorum, & omnium fidelium ex passione tristitia conuerteretur in gaudium future resurrectionis. Hac eadem resurrectionis spe Paulus 3. ad Coloss. eodem ita consolatur. *Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

Ad Coloss. 1. off.

Ipsi autem nihil horum intellexerunt, & c.

Verè Paulus Apostolus ad Rom. 11. recognoscens se non sufficere ad diuinorum altitudinem iudiciorum inuestigandam, sic admiratus exclamat. *O altitudo diuitiarum sapientie, & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Non solum autem viæ altitudinis diuinæ, sed humiliationis ipsius semitæ inuestigabiles inueniuntur. Id, quod Isaia cap. 1. nobis insinuari videtur illis verbis ipsiusmet prophete, *vidi Dominum sedentem super solium excelsum & c. Seraphim, inquit, stabat super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri. dua-*

4. ad Rom. 11.

Isai. 1.

dna-

duabus velabant faciem eius; quibus verbis innuit alta, & excelsa Dei omnibus occulta, & velata semper esse in presentis vitæ statu: *Et duabus velabant pedes eius*; quia humilia quoque ipsius Dei, & abiecta, qualia in carne mortali passurus erat, etiã incõprehensibilia erãt, ac penitus in inuestigabiles humilitatis ipsius vitæ: Deum enim flagellatum, spinis coronatum, clavis, lanceaque confixum: Deũ tandem mortuum, & crucifixum, quis intelliget? hoc autem, id est humilia Dei, & abiecta esse nobis incognita, videtur significasse regius Vates cum in persona ipsius Christi abiecta patientis, patrem allocutus dixit. *Tu scis opprobrium meum.* hoc est tibi solum cognita esse possunt ea, quæ passionis tempore passurus sum. Deinde discipuli nihil eorum, quæ magister de passione sua locutus fuerat, intellexerunt, quia cum illum summo amplecterentur amore, nihil finistrum poterant in eum cogitare: sicut vice versa, qui aliquem odio habet, nihil rectum, nihilque bonum de illo credere potest. De quibus animæ passionibus ad literam loquitur di-

uina Scriptura Prouerbiorũ c. 11. cum sic ait. *Odiũ suscitãt iras: vniuersa autem delicta operit charitas.* Obscurius dixerat Christus Dominus Iudeis de Cruce, & passione sua loquens, oportet exaltari filium hominis. Ioan. 3. & tamen ipsi acutissimè percipientes responderunt. *Nos audivimus quia Christus manet in eternũ, & quomodò tu dicis oportet exaltari filium hominis?* eius ratio est, quia pharisæi oderant Christum, eumque occidere cupientes non quavis morte, sed turpissima, id, quod in cruce fieri parabant; vnde loquente illo de sua exaltatione, statim in cruce exaltandum, sicut cupiebãt, crediderunt. Contra verò Apostoli, quia magistrum summo-pere diligebant, etiam si aperitissimè illis de morte, & passione sua fuerit locutus, nihil horũ intellexerunt.

Basiliius in Psal. 33. huius rationem assignans, quemadmodũ, inquit, oculis turbidis visibilia exactè deprehendere non valemus: sic corde turbato, nemini conceditur incumbere veritatis cognitioni. Videte quid dixerit Bersabeth ad regem David, ne per-

Prou. 11.

Ioã. 3.

Basil.

3. Reg. 5. 1.

Annotationes in Euangelium

Salomonem filium suum. Ecce, inquit, nunc Adonias, regnat, te Domine hoc nesciente: eritq; cum dormierit Dominus meus cum patribus suis; erimusego, & filius tuus Salomon peccatores. Quæro ego modo, quisnam post regis mortem faciet te, o Bersabeth, & Salomonem filium tuum peccatores? Respondere posset illa, & quidem verissimè. Coram Adonia erimus peccatores, non alia de causa, quam quia nos odio habet; unde nihil boni de nobis, nihilq; rectam poterit cogitare.

6.

Postremò discipuli, quæ magister de passione locutus fuerat, non intellexerunt, quia contra eorum volùtatè loquebatur; nò quòd nò intellexerint, sed quòd intelligere noluerunt, ita ut verbū intelligendi non cognitionè significet, sed affectū: hanc verò interpretandi rationè accipio ex illis verbis Christi ad virgines factas Matth. 25. quibus Dñs ait, *nescio vos*: in què locū notat expositores, sciēdi, verbū, nò cognitionè importare, sed affectū. Hoc sensu. *nescio vos*, sciētia scilicet approbationis. ita ergo Apostoli loquentē Dominū de passione nò intellexerunt, non solū quia passionis, resurrectionisq;

mysteriū penitus ignorabāt, sed etiā in sēsu predicto; hoc est, quia cum illū maximè diligerēt, eius morti, & passioni nullo modo poterāt acquiescere: hac etiam ratione Petr⁹ alibi dixerat. *absit à te Domine ut hoc fiat*. quia verò Dominus huiusmodi mentis cecitatē, odij, amorisq; filiā, venerat ex hominū cordibus expulsurus; in eius signum offert se se in via cæcus illuminandus, qui cum à turbis disceret quòd transiret Iesus ait illi, *Iesu fili David miserere mei*.

Iesu fili David miserere mei, &c.

BEatus Greg. hom. 5. in Euāgelia, existimat cæcum istū per mysteriū significare genus humanum, quòd in primo parente, à paradisi gaudijs expulsus, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patiebatur; sed tamen per redemptoris sui presentiam illuminatur, ut æternæ lucis gaudia iam per desiderium videat, atque in via vitæ, boni operis gressus ponat. Et quidem miseros peccatis suis homines excecari, ex multis sacræ scripturæ locis, manifestè cōprobatur. Et in primis ex illo Sophoniæ c. 1. *ambulabunt*.

Greg.
maga

Matth.
25.

Soph.

1. am-
bulabunt

Hier. *bulabunt ut cæci, quia Domino peccauerunt. In quem locū D. Hieronymus ambulabunt, inquit, ut cæci quia lumen perdidere virtutum, & locum poenitentiae non habebunt, & hæc patiuntur, quia Domino peccauerunt.*

7. *Observandum est autē quod cæci cū pericula imminēt, tē- tātes effugere, hac, atq; illac errant, nec domum, aut tutum ali- quod latibulū inuenire possunt, quia cæci sūt. Ita peccatores, ut plurimum, mortis angustijs oppressi, venturamq; iudicis iram formidantes, tentant effugere, & poenitentiam quærūt, sed ianuam, qua ingrediātur non inueniunt: sic enim de iisdem in figura legimus contigisse viris Sodomitis. eos, inquit sacer textus, qui foris erant percusserunt cecitate à minimo vsque ad maximum; ita ut ostium inuenire non possent. Gen. 19. Peccatores etsi per fidem maneat intra Ecclesiam, foris esse dicuntur quatenus à Deo peccādo recesserūt, & cæcitate percussi sunt, quia peccauerant Domino. Nec dicitur eos ostium Loth non inuenisse, bonū enim illis erat nō posse domū ingredi, quam nefario scelere cōtaminare cogi-*

tabant; sed ostiū domus quisque suę inuenire nō poterat. hoc est, non poterāt ad se reuerti, & in domum suā ingredi, vbi de terrore diuini supplicij, & de vita corrigēda consiliū inirēt; quod propriū est obstinati peccatoris. Hæc vero expositio loci Genes. supra citati, tradita est nobis Spiritu Sancto in lib. Sap. c. 19. cū dicitur. percussi sunt autē cecitate sicut illi in foribus iusti; cū subitaneis cooperti essent tenebris; unusquisq; transitū ostij sui querebat. Quare saluberrimū est illud Ierem. 13. consiliū. Date Dño Deo vestro gloriā, antequā contenebrescat; & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expe- ctabitis lucē, & ponet eā in umbrā mortis; & in caliginē. Quando cæci huiusmodi quærunt ostiū salutis, hoc est poenentiā, quoniam ambulāt ut cæci, offendūt in alienā pecuniā restituēdā; & non inducunt animum ut restituant: offendunt in similtates, quas durissimum est deponere; occurūt libidines, quasi vita, & salus suppetere, vidētur sibi relinquere non posse. Hi sunt mōtes caliginosi, ad quos offendūt, & putantes se inuētuos esse lucē, decidunt in umbrā mortis, &

Sap.

19.

Iere

13.

8.

Gen. 19.

Annotationes in Euangelium

in caliginem. At si ante illas vitæ, & animæ tenebras gloriam Deo dedissent, per humilem, & dolore plenam confessionem, sicut dicitur Iosue 7. *fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quod feceris, ne abscondas; nequaquam in illam cæcitatem deuenirent. Sed ostium salutis possent facili negotio inuenire.*

Iosue.
7.
Apoc.
3.
Act.
9.
In hanc eandem sententiam expendi possunt verba illa Apocal 3. ad episcopum Laodiceæ; *dicis quia diues sum, & locuples, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & pauper, & cæcus, & nudus?* vere enim peccator miser, & pauper, & cæcus est, qui peccati fallacia detentus, nec vitæ periculū expauescit; nec miserimum animæ statum, & paupertatem cernit; & æterni supplicij pœnam singulis sibi vitæ momentis imminere. In cuius cæcitatæ figuram videtur diuina scriptura Act. cap. 9. de Saulo dixisse, quod *apertis oculis nihil videbat.* Nihil scilicet horū, quæ peccatori imminēt adhuc videre poterat; vidit autē omnia ad salutem necessaria, postquam, iubente Domino, introiuit ad illum Ananias dicens.

Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu Sancto; & confestim ceciderunt ab oculis eius tanquā scama, & visum recepit, & baptizatus est; & cum accepisset cibum confortatus est, &c. Scamæ autē quæ de oculis Sauli cecidisse dicuntur, mundana gloria est, & pulchritudo, qua diabolus hominum oculos nititur obcæcare: sic enim legimus Matth. 4. *duxit eum, scilicet Christum, in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriā eius; ut nimirum gloria illa, & pulchritudine captus, vel potius illectus, facilius deciperetur.* Hic verò decipiendi modus exprimitur apud Iob. cap. 41. Sub nomine fumi: sic enim ibi dicitur de Leuiathan, hoc est dæmone. *De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ. Quem fumum, ut ait Gregorius in eū locum, patiebatur Propheta, cum dixit. Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea; & lumē oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Fumus quippè iste, inquit Gregorius, obtundit aciem cordis, quia caliginis suæ nubilo, serenitatem intimæ quietis turbat.

Neque

Matth.

4.

Iob.

41.

Greg.

9. Neque verò solùm diabolus fidelium mentes solet obcæcare narium fumigantium flatu, sed & habitu quoque suo ad peccatum perpetrandum easdem nititur inflammare: id enim innuit cum subdit. *Habitus eius prunas ardere facit.* In quem locum D. Gregorius docet dæmonē prunas ardere facere, quia quasi sufflator, iniquæ suggestio- nis afflatū, iniquorum mentes igne pravi desiderij inflammat, iuxta illud Isaia 54. *ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas.* quo loco notandum est non dixisse *sufflantē prunas*, sed *sufflantem in igne prunas*; quia dæmon eo præcipuè spectat, ut hominem iam à sua ipsius concupiscentia ignitum, & in eo potissimū vitio, ad quod natura est proclivis, suggestio- nis suæ flatu, magis inflammet. Vbi iam vides diabolum & oris halitu inflammare, & narium fumo excæcare, ne scilicet peccatores videant se in peccati poenam, esse æterni supplicio ignis cruciandos.

Hæc igitur, & alia, quæ ex mentis cæcitate mala oriuntur, effugiet peccator, si cæcum istū iuxta viam positum imitetur dicens, Iesu fili David miserere

mei: lætatur enim Deus nostris clamoribus: qua fortè ratione, cum cæcum illuminare decreverat, eundem increpari permittit, ut ipsum magis clamantem videret, cum alibi dixerit. *Petite* Ioan. 16.
& accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Vnde Augustinus in lib. meditationum, sic habet. *Multum Do* Aug
mine de tua bonitate præsumo: quoniam tu ipse doces petere, quærere, & pulsare; & ideo tua oratione admonitus peto, quæro, pulso. & tu Domine, qui iubes petere, fac accipere: consulis quærere, da, & inuenire, doces pulsare, aperi pulsanti. Non potuit ergo cæcus clamans non exaudiri, nimirum rogans, & clamans post eum, qui & pulsare iubet, & admonet, ut rogemus.

Quid vis ut faciam tibi?

Felix cæcitas, quæ Christū meruit habere illuminatē. Verè Augustinus ait magnum de cælo venisse medicum, quia magnus in terra iacebat ægrotus: cæcitas enim humanæ malum, non nisi à diuino poterat medico curari; iuxta illud Ioānis primo. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem veniē-*

Ioā. 1.

tem

Annotationes in Euangelium

tem in hunc mundam. & Pl. 145. Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cecos. nos enim, ut ait Augustinus, peccatis nostris tenebræ sumus, sed Deus est, qui solus potest illuminare tenebras nostras; tenebras, inquam, illas, quas à Domino illuminandas, Zacharias prophetauit, cū ita cecinit. Tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius; ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum; per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Vbi notandum est, quod peccatores in tenebris sedere dicuntur: nisi enim sederent, non exhortarentur habitatores Ierusalem ut surgerent illuminandi. Itaię. 60. Surge, inquit, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est; & ambulabunt gentes in lumine tuo. Notandum igitur est verbum sedendi, periculum designare peccatoris, sanguineis lacrymis deplorandum: id enim Christus Dominus manifestè significavit, cum videns civitatem

flevit super eam, inquit Evangelista, quia si cognovisses & tu. Subaudi. tu quoque super te fleres. Luc. 19. & alibi idem Christus Dominus cū crucifigendus duceretur, flerentq; mulieres eū sequentes, ait illis. Filiae Ierusalē, nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros, &c. quasi diceret flete super habitatores civitatis vestræ eo, quod ita sedent in peccatis suis. Id quod etiā Hierem. tren. 1. ita fleuerat. Quomodo, inquit, sedet sola civitas, &c. plorans ploravit in nocte; & lacrymæ eius in maxillis eius. non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Vere quidem dicitur non est qui consoletur eam: quādiu enim aliquis sedet in tenebris peccatorum, non potest ab aliquo consolari, quemadmodū de se, & in figura peccatricis animæ legimus, angelo respondisse Thobiam senem, & cæcum; quale gaudium, inquit, mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? cui angelus. Bono animo esto: in proximo est ut à Domino cureris. Ceterū cum cæcus nihil aliud ardētius exoptet, quam illuminari, quid causæ esse potuit, cur Dominus Iesus cæcū illuminaturus, eūdē in-

Psal. 145.

Luc. 19.

Tren. 1.

Tobi 5.

Tert

Chry 81.

interroget, quid vis ut faciam tibi; maximè cum ipsum nec intima cordis humani cogitatio possit latere: dico peccatoris typum fuisse cæcum illum, ut iam ex Gregorio magno ostendimus; peccator autem infirmus est, & languens iuxta illud Isaia. 53. *Verè langores nostros ipse portavit; cuius etiã typus fuit homo ille descendens ab Ierusalem in Hierico, qui incidit in latrones, è quorũ manibus expoliatus eua sit pariter & vulneratus. Cum igitur Dominus Iesus huius infirmi sit medicus, bene cæcum interrogat, quid vis ut faciam tibi? apertè significans eum, qui curari desiderat, peccati morbũ ac vulnera spirituali medico in sacramentali confessione, si fieri potest, detegere oportere. Audi Gregoriũ. Peccati, inquit, virus salubriter aperitur in confessione, quod pestif. re latebat in corde. In quam sententiam Tertullianus ait, quod sicut illi, qui vulnus habent in secreta parte corporis, si erubescunt medico ostendere moriuntur ex vulnere; ita qui erubescunt confiteri peccata sua sacerdoti. Neque enim, ut ait Chrysostomus, tam graue est delinquere, quã post delictum de remedio erubescere.*

Augustinus etiã in Psal. 31. *ad illa verba, Beati quorum tecta sunt peccata; sic ait. Si tu tegere volueris peccata, erubescens, medicus non curabit; medicus ergo potius tegat, & curet. cui celas? ei nempe, qui omnia nouit. Si tu tegis, Deus detegit, si detegis, Deus tegit. hic est forum misericordiæ, facti hinc iudicaturi causam tuam, ne in foro rigidiori iudicaris.*

Secundo cæcũ interrogauit Christus quid vis ut faciam tibi? ut ipse Dei liberalitatem concipiens, postularet cũ fiducia, quod vellet. Vnde & D. Fulgentius ad amicum scribit in hunc modum. *Omnia bona, quæ habes, gratuita largitate Deus dedit: sic enim diuitem sponsum habes, ut nec indigeat his, quæ dedit, & abundet ad largiendum multo melioribus, quã donauit. Paulus etiam Apostolus 1. ad Tim. 6. Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi non sublimescere, nec sperare in incerto diuitiarũ; sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundãter ad fruendum.*

Ecquis enim de diuina largitate vnquã diffidat, cũ Deus fiat à nobis fitiri, ut verbis vtar Nazianz. qui etiã oratione in sanctum baptismum ait, Deum bibere cupientibus, potum tribuere.

Annotationes in Euangelium

& cum ab eo, inquit, beneficium
 petitur, beneficio tribuit; hoc est,
 reputat pro beneficio; incun-
 diusque dat, quam alij accipiunt.
 Hoc vnum ergo caueamus, ne
 fordidi, ac perparci animi cri-
 men subeamus parua ab eo po-
 stulantes, eiusque liberalitate in-
 digna. *Munificentissimus est*, in-
 quit Basil. *idem, & augustissi-*
mus rex noster; & indigne fert
quandocumque quis exiguum à se
aliquid petit.

Basil.

12. Non parua petijt Salomon,
 neque exigua, iubete Domino.

3. Reg. 3. cum sapientiam petijt
 ad iudicium discernendam; id

3. Re-
 g. 3.

enim maximum Dei donū est;
 & tamen *Deus cuius* (vt ait Am-
 brosius) *liberalitas vinci nequa-*
quā potest; quia postulasti, inquit,
verbum hoc, & non petisti dies
multos, nec diuitias, aut animas
inimicorum tuorum; sed postulasti
tibi sapientiam ad discernendum
iudicium; Ecce feci tibi secundum
sermones tuos, & dedi tibi cor sa-
piens, & intelligens, in tantum vt
nullus ante similis tui fuerit, neque;
post te surrecturus sit. Sed, & hæc,
quæ non postulasti dedi tibi: diui-
tias, & gloriam, vt nemo fuerit
similis tibi in regibus, cunctis re-
trò diebus. Cum ergo Christus

Iesus cæco misericordiam petē-
 ti, respondit, *quid vis vt faciam*
tibi, nihil aliud voluisse creden-
 dus est, quam vt miser ille pau-
 per, & cæcus, diuinæ largitatis
 bonitatem conciperet, *qui dat*
omnibus affluenter, & non impro-
perat; ne scilicet miser ille de mi-
sericordia impetranda, hæsitaret.
 Illo autem nihil aliud postu-
 lante, quam luminis claritatem,
 Dominus & oculis lucem, &
 menti largitus est fidem cum
 dixit, *respice.*

Iacob
 ..

Respice. Credibile est cæcum
 istum, hominem fuisse simplicē,
 rectum, ac timentem Deum, cui
 Dominus tam facilè tribuit vi-
 sum, id, quod plerumque mul-
 tis solet esse nocumento: per o-
 culos enim sæpe praua cogita-
 tio venit ad mentem. Vnde &
 Iob. 31. pepigerat, vt ipse fate-
 tur, cum oculis suis fædus, vt ne
 cogitarent quidem de Virgine;
 in quem locum Gregorius, sic
 habet. *Visus, auditus, gustus,*
odoratus, & tactus, quasi quædam
viæ mentis sunt, quibus foras ve-
niat, & ea, quæ extra eius sunt sub-
stantiam concupiscat: per hos ete-
nim corporis sensus, quasi per fe-
nestras quasdam exteriora quæque
anima respicit; respiciēs concupiscit.
 Hinc

Iob.
 31.

Greg.

Hinc etenim Hierem. ca. 9. ascendit, inquit, mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. & tren. cap. 3. Oculus meus deprædatus est animam meam. Vbi Propheta loquitur, ut ait Gregor Sub Iudæa voce, quæ exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdiderat: concupiscendo enim visibilia, invisibiles virtutes amisit. Hac de causa viri religiosi, & sancti, oculorum depre-dationem metuantes eosdem ab exterioribus auertentes, ne mors per eorundem fenestras mentis domum ingrediatur, cū timore, & tremore, iuxta Apostoli consilium æternam salutē operantur: est enim verissimum id, quod in hanc sententiā quidam dixit.

Qui vult virgineū cælebs seruare pudorē,
Otia deuict, famineosque choros.

Quis non veretur si se deiecit in ignem?
Viuere quis credat dira venena bibens?
Vtilius timuisse bene, quam fidere male
Nā cauto, & timido, nulla pcella nocet.

Hinc & Diuus Bernardus super Euangelium Missus est, &c. Vis, inquit, o homo in timoribus esse securus? time securitatem. Vis o scemina in extraneis esse liberā? consanguineorum tuorum, & eorum, cum quibus securus esse videris contuberniū time: nullos enim

securius viuere deprehendimus, quā qui, quæ securus sunt, suspecta habent. Cum igitur nihil magis suspectum, quam oculus, quippè qui animam soleat deprædari, mirum est Christum Iesum cæco visum deposcenti, nulla interposita mora, dixisse. respice.

Responderi potest, verū quidem esse non tantum oculos, sed & omnia, quæ à Deo creata sunt, facta esse in muscipulam pedibus insipientium, sicut diuina testatur scriptura. Sap. 14. At verò diligentibus Deum omnia in bonum cooperari. ad Rom. 8. vnde & idem Apostolus. 1. ad Cor. 10. sic ait. Sive ergo manducatis, sive bibitis, &c. Sive aliud quidquam facitis, omnia in gloriā Dei facite. Et Diuus Augustinus in Psal. 39. sic exhortatur. Discite amare in creatura creatorem; ne teneat te, quod ab illo factum est, & amittas eū à quo ipse factus es.

Beatus ergo cæcus iste, cuius fuit nomen Domini spes eius: clamauit enim Iesu fili David miserere mei. & non respexit in vanitates, & insanias falsas, sed audiens de ore veritatis dulce, & amabile verbum, respice, confestim, ut ait Euangelista, vidit, & sequebatur eum magnificans Deum.

Hiere
m. 9.
Tren.
3.

Mich
Verin

14.
Bern.

Sapie;

14.

1. Cor

10.

Aug.

Annotationes in Euangelium

Deum. & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Ecce quomodo bonus Dominus, & amabilis nimis, de malis nostris bona elicere nouit: nūquam enim permitteret mala culpæ maximè, nisi bonum aliquod, ex ipsis elicere decreuisset. Sic ex angelorum culpa, creationis naturæ humanæ bonum: ex hominis lapsu in carnationis bonum elicuit: Venit enim filius hominis querere, & saluū facere quod perierat. Verum cum hoc bonum, ingenti fuisset scelere contaminatum,

nēpe morte ipsius filij Dei, nec tātō crimine eius misericordia tardior facta est; quin potius ipsa Christi morte, salutem operatus est humanam, quam in medio terræ operatus est, & ut præsentī miraculo, dicendi finem faciamus, ex cæcitatī miserīa fidem cæci hominis elicuit, & aliorum; simulque notam fecit mundo potentiam suam, & laudem, dicente Euangelista. Et omnis plebs, ut vidit, & dedit laudem Deo; qui est super omnia benedictus in sæcula.

ANNOTATIONES IN EVANGELIUM

Pro Feria quarta in capite Ieiunij.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.

Matth. capite sexto.

Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis, quibus sancta mater Ecclesia corporali ieiunio præteriti temporis vitia cōprimat; in præsentī vero fidelium mētes eleuat; virtutem quoque Deus noster largitur, & præmia per Christū Dominum nostrū: eius enim merito constat ieiunium esse Dei arcem, sicut ait Petrus Chrysologus, Christi q̄; castra, & spiritus murum; imò & ca-

stitatis signum. Ad hoc ieiunium veluti ad munitissimam Dei arcem Niniuitę cōfugientes, diuinæ iustitię iram, quā delictis sibi thesaurizauerant, effugerunt. Ionas autē, ut ait Chrysost. *Illò ire recusauit, timēs præsidium ex ieiunio futurum.* Hoc præsidio voluit Deus hominē seruare in paradiso, quē inde ut ait Chrysolog. gula detraxit: *difficile nāq; imò impossibile est* ait Hieronym. *ut præsentibus, & futuris aliquis bonis*

Petrus
Chry-
solog.

Chry-
sost.

Hier.

bonis fruatur; ut & hic ventrē, & ibi impleat mentem: ut à delitijs transcat ad delicias: ut & in terra, & in cælo appareat gloriosus.

Chrysofomus tractans verba illa Dei ad Adam, ne comedatis. & c. sic ait. Deus hominē à principio faciens, illico frenū ei ieiunij, manibus imposuit, veluti piæ, amabiliq; matri, & magistro optimo comittens. quod si ante plagā utilis fuerat medicina, multo magis post plagā. si illā audisset vocem Adā, ne comedatis, nequaquā secundam audisset, terra est, & in terram reverteris.

Ut autem magis appareat ieiunij fructus, notāda sunt verba Chrysologi ad illud Lucæ 15. quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hīc fame pereo. fames, inquit, reuocat, quē saturitas exularat: fames illi patrē dedit sapere, cui copia tulerat: & si tantum prestitit vel inuita fames, probate quid voluntarium possit conferre ieiunium?

Notandus est & alius ieiunij fructus non contemnendus, videlicet, carnis vitia comprimit, quæ aliās veluti ancilla superba, & pinguis, vellet, sicut altera Agar in dominam consurgere; est enim huius rei expressa figu-

ra in lib. Gen. c. 21. vbi Sara cū viro suo Abraham ex postulans, contra Agar ancillā suam, quod se contemneret, sic ait. *Ecce dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quod concepit, despectui me hebet.* Possetq; iure optimo respondere Abraham. tibi ergo imputabitur, quod Agar contra te dominam suam insurgat: ancilla enim solet delitijs superbire; tu autem eam in sinum meum dedisti, ideoq; ipsa insurgit aduersum te. Abraham tamen vxoris molestiæ subuenire cupiens, *Ecce, inquit, in manu tua est; utere ea, ut libet. quò audito, Sara afflixit eam quousque humiliaretur, & fugam iniret:* ait enim sacer textus. *affligente igitur eā Sarai, fugam iniret.* Ecce docemur quomodo anima hominis quæ est domina suarum omnium passionum, à carnis molestia liberari potest, quæ veluti ancilla tenetur obedire. Afflige ergo eam, si liberari vis. sic tamen est affligenda ut humilietur, mortificeturq; non vero ut moriatur: nam & Abraham eiciens Agar ancillam, quæ in dominā insurgibat, *tollēs panem, & virē aquæ dimisit eam.* Gen. 21. Pāo, & agoa que elle abrandarà.

Quod

Annotationes in Euangelium

Chry
sost.

3. Quod sit tibi durum videtur
ieiunij fræno carnẽ, ne noceat,
neue in animam insurgere va-
leat, macerare, audi super hac
re Chrysoſtomum hom. 42. ad
Populum, vbi maximè dolet,
quod homines canum suorum
curam habeant, ne plusquam
expedit impleantur, vt veloces
semper exultant, & venatici, dũ
fame premuntur, & esurie: &
ita eos affuefaciant, vt postquã
venatu aliquid ceperint, à præ-
ſenti se contineant eſca; & licet
urgente fame, appositam cer-
nentes mensam Dominum ex-
pectant, vt ab eo, non vero ab
alio accipiant laudis mercedẽ.
Vnde hypocritæ, qui non à Do-
mino, sed ab hominibus laudis
mercedem expectant, venati-
cis canibus peiores esse com-
probantur. *Vestros, inquit Chry-
sostomus, docete ventres ita phi-
losophari. Sitis igitur canibus non
inferiores, qui non quod fatigati,
non quod cursu distracti, non quod
proprio ceperint labore conquerũ-
tur; sed Domini præceptum custo-
diunt, & ventre efficiuntur supe-
riores. Expectant enim laudari;
expectant maiorem consequi men-
sam. Erubescant ij, quorum Deus
venter est. Canis futura volupta-*

*tis spe præsentem escam contemnit,
tu verò non vis futurorũ spe præ-
ſentia contemnere: & si quis con-
uitando tibi dixerit, canis, maximè
doles; tibi autem metipsi contume-
liam inferens non verbo, sed opere,
nihil graue pati te putas, &c. Vos
autem fratres, cũ ieiunatis no-
lite fieri sicut hypocritæ tristes,
mercedem ab omnibus expe-
ctantes: studete potius fieri si-
cut venatici canes, pro abstinẽ-
tia, non ab alio quam à Domi-
no mercedem laudis sperantes.*

Notandum est verò, quod
attinet ad eos qui laborũ suorũ
mercedem ab hominibus expe-
ctant, eos dici in sacra scriptura
ventum seminare, vt ostenda-
tur, quod quale fuit semen, ta-
lis & messis est ab illis in futuro
expectanda. Vnde Osee. 8. di-
citur de his similibus, quia *ven-
tum seminabunt, turbinem metet.
culmus stans non est in eo germen,
non faciet farinam.* Vbi obseruã-
dum est, opera vocari semina;
mercedem verò fructũ, & mes-
sem, vt innuatur Dei mercedẽ
esse copiosam; semper enim, su-
blatis impedimentis, qui semi-
nat plus colligit, quam semina-
uit. Cum verò Paulus ad Gal.
6. ait. *quæ seminauerit homo, hæc*

Osee
8.

Ad Gal.
6.

Et metet, de qualitate intellige non verò de quantitate: verum est enim quod Christus dixit. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit: contra verò, qui vanæ gloriæ, humanæq; laudis ventū seminauerint, p̄mercede laborū suorum, turbinē metent.

Tu autē cū ieiunatis un-
ge caput, & lava fa-
ciem tuam, &c.

4. **P**RO huius loci expositione, & doctrina, primo notandū est apud Iudæos in more positū fuisse caput ungeri, faciēq; lauare, cū aliqua solēnitas, vel dies festus agebatur. Vnde cū Dominus Iesus discipulis ait. Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & lava faciem tuā, idem est ac si diceret; cū ieiunas diem festū agere debes: quibus verbis apertissimè ostendit nihil esse maiori gaudio, ac lætitia celebrandū, quam bonum opus in Dei laudē, & honorē operatū; id quod ipsius potest testimonio cōprobari, cum Luc. 15. sic ait. Gaudiū erit in cælo super uno peccatore p̄nitentiā agente, &c. nihil enim aliud est dicere peccatoris p̄nitentiā angelis diē

festū esse in cælo, quam velle ut eadem p̄nitentiū opera, quæ omnia in laudē Dei cedunt, quā maximis lætitiæ signis, in terra ab hominibus celebrentur. & in prædicto sensu intelligit D. Augustinus illud Psal. 75. cogitatio hominis confitebitur tibi, & reli-
quia cogitationis diem festum agēt tibi. Quæ est, inquit, cogitatio, quæ confitebitur? respōdet, quæ damnat vitam priorem; cui displicet quod erat, ut sit quod non erat. Ipsa est prima cogitatio. Sed quia sic debes recedere à peccatis prima cogitatione confessus Deo, ut tibi non recedat de memoria, quia peccator fuisti, per hoc solemnia celebras Deo.

Secundò notādum est, quod unctioes istæ in conuiujs fieri solebant apud Iudæos; sicut Luc. 7. legimus fecisse Mariā Mag-
dalenam in domo Simonis: sic enim ut ibi Christus locutus est. Vides hanc mulierem? oleo caput meum non unxisti, hac autem unguento unxit pedes meos, &c. Videtur Dominus tacite significare, ieiunium corporis, conuiuium esse mentis, cum ait, unge caput tuum cum ieiunas: sic enim fieri solet in conuiujs. Et quidē
D. Ioannes Chrylost. serm. 1.

Pl. 75

Aug.

5.
Luc.

7.

Chry-
lost.

Annotationes in Euangelium

de ieiunio, tomo 5. exhortatur ieiunantes vt suo ieiunio conuiuium pauperibus fieri curent. *Non est, inquit, ieiunium negotiatio, vt lucrum faciamus non edendo; sed quod tu manducaturus eras, pauper pro te comedat, fiatque tibi duplex bonum: tum quod tu ieiunas: tum quod alius non esurit, &c.* Denique ex nostra abstinētia possumus, & pauperibus conuiuium præparare; & Christum quoque ipsum pacere, qui in suis pauperibus pacisci voluit, ipso attestante apud

Matc.
25.

Mat. c. 25. *quod vni, inquit ille, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

Cauendum est autem omnino à vana gloria in eleemosina, sicut & in alijs bonis operibus faciendis: aliàs enim neque ieiuniū corporis poterit esse mētis conuiuiū, quæ ex solius gloria Dei saturatur; neque Deus, qui gloriam suam alteri non dabit, tunc temporis in pauperibus, quanuis ipsi ex ieiunio nostro comedant, dignabitur saturari. Audiuius quod, & quale debeat esse Dei conuiuium; accipiamus ergo salubre valde Spiritus Sancti consilium. Prouer.

Prou.
23.

uerb. 23. *cum sederis, ait, vt comedas cum principe; diligenter at-*

tende, quæ posita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in guttore tuo. Hoc est iuxta guttur tuū.

Pro cuius loci intelligentia sciendum est, moris fuisse apud antiquos, vt si forte aliquis, iure hoc disponente, esset publica iniuria afficiendus in pœnā alicuius delicti, acutissimus iuxta ipsius guttur apponeretur gladius; ita vt si præuerecūdia vellet deorsum aspicere, vultumq; demittere, statim ipsius guttur appposito transfigeretur gladio; ea autem ignominia, & pœna, tradit Suetonius, deductum fuisse Vitellium imperatorem per vias publicas vrbs Romæ, mille affectum iniurijs, & opprobrijs. Vnde iam patet quid nobis Deus in prædicto Prouerbiorum consilio voluerit indicare. *Statue cultrum, inquit, in guttore tuo cum sederis vt comedas cum principe.* quasi diceret: cū feceris aliquod opus bonum quasi conuiuium animæ tuæ ad Dei mensam sedentis, attende ne in terrā aspicias, ab hominibus scilicet mercedē acceptor; aliàs enim ecce adest gladius vanæ gloriæ, & hypocrisis, vitam boni operis, meritū videlicet, & gratiā iugulaturus; vt te & opus tuum

tuum tanquam mortuū à conspectu diuinæ eijciat maiestatis.

Luc. Huc spectat parabola illa, qua usus est Christus Dñs, quatenus habet quod homo ille descendens ab Hierusalē in Hierico incidit in latrones à quibus spoliatus est. vbi

Aug. quasi latrones boni operis merito nos despoliātes sint vana gloria, & hypocrēsis, sic ait. nisi descēdisset non incideret in latrones. hoc est; nisi boni operis mercedē ab hominib⁹ expectās terrā aspiceres, numquā vanæ gloriæ, hypocrēsisq; gladius bonū opus tuū, vita sua priuaret.

In cuius fortē figurā legitur Exod. 4. Moysis manus in sinu sana, extra vero leprosa: quia nimirū opus bonū si fiat vt ab hominibus videatur, hypocrēsis lepra inficitur: si vero in abscondito, velut opus sanū, & rectū, diuina mercede nō euacuabitur; id enī est, qđ Christ⁹ saluator noster in euāgelio ait. Pater vester, qui videt in abscondito reddet vobis.

7 Ad fidelium autē, qui in abscondito operantur solatiū pertinet, vt eorū bona opera corā omnibus aliquando patefiant; neq; enim peioris esse debēt cōditionis, quam peccata occulta, quæ etiā in abscondito fiant,

suo tamen tēpore diuulgantur; sicut legimus Dan. 13. vbi cum duo illi senes, qui falsò accusauerant castam, & innocentem Suzanam, cū existimarent se occultē egisse, dicentes, nemo nos videt, & ostiū pomarij clausū est,

Dan. 13.

Deo tamen ordinante in tantī sceleris poenam, corā omni populo fuerunt & à Daniele conuicti, & à populo secundū Moisi legē interfecti. Neq; verò prætereundū est, id, quod Daniel dixit tunc tēporis ad vnū de eis, quē seorsum vocauit. Nunc, inquit, venerūt peccata tua, quæ pri⁹ operabaris: eadē enim peccata, quæ prius in abscondito esse videbantur; exigente hoc diuina iustitia, congruo tēpore peccatorē prodere cōsueuerūt. Quo sensu intelligenda sunt verba illa Dei ad Caim. Gen. 3. peccatū

Gen. 3.

tuum in foribus aderit. Hoc est id, quod in occulto esse tibi videbatur, in forib⁹ domus tuę aderit vt ab omnibus videatur. Cætanus legit, in foribus acubabit;

Cæc.

sūpra metaphora ab auibus, quæ se abscondunt vt oua exponāt, postea vero ipsæmet suo cantu, exposita prodūt; quemadmodū videre est in gallina, quæ ouum expositum gracillādo prodit, ita

Annotationes in Euangelium

vt iam non possit aliquē latere.

8. Eodem igitur modo Deum agere oportet cum ijs, qui bene etiam si in abscondito operantur. Id quod expressum fuit in illo unguento, quod à Maria Magdalena effusum est super pedes Iesu in domo Simonis: videbatur enim opus illud semper in abscondito mansurum, cum inter priuatos parietes factū fuisset; & præterea in domo Simonis inimici, à quo semper opus bonum solet occultari; & tamē Deo sic disponente, postea fuit per totum terrarum orbem, vt constat, diuulgatum, dicēte Salvatore nostro. *Predicabitur hoc euangelium in vniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius.* Marc. 14. vere ergo ait Christus Dominus in Euangelio. *Pater vester, qui videt in abscondito reddet vobis.*

Marc.
14.

Vt ergo magis elucescat, bona opera esse soli Deo offerenda, notandum est opera mortificationis, seu penalia, videlicet carnis castigatio, & prauarum appetitionum repressio, & cætera huiusmodi, in sacra scriptu-
sacrisq; ex Paulo ad Rom. 12. *Obsecro vos, inquit, fratres, per mise-*

ad Ro.
m. 12.

ricordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, Deo placentē; rationabile obsequiū vestrū: & nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri. Notauit autem quidã doctissimus interpres huius loci, p rationabile obsequiū græcè haberi vocabulum significans rationalem latriã: quoniã huiusmodi sacrificiū in altissimi Dei cultum, ipsiq; soli debitiū redūdat: sunt enim ea verba per appositionē intelligenda, vt ipsa corporis castigatio rationabilis latria appelletur; id quod ad præstantiam mortificationis amplificandam maximè pertinet. Sic eundem locum Pauli intellexit, & interpretatus est Origenes lib. 9. in epist. ad Roman. *Qui, inquit, membra sua mortificant, hostiam viuentem rationabiliter offerunt; & legem sacrificiorum, quæ in leuitico est, secundum spiritalem intelligentiam complent. Si superbiam vincunt, immolant vitulum: si iracundiam superant, arietem: si libidinem hyrcum: si vagos, & lubricos cogitationum resecant volatus, columbas, & turtures, &c. Huc etiam pertinet illud Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.**

9.

Orig.

Ps. 50.

Deni-

Pro Feria quarta in capite Ieiunij. 51

Denique quodcūque opus bonum, sacrificium dicitur, ut patet ex Psalm. 50. illis verbis, *tūc acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes, & holocausta.* & Psal. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ.* Hoc est, bona opera Deo offerre. Cum igitur sacrificium soli Deo offerri debeat, bona autē opera nostra sacrificij habeant rationem, maximum erit absurdum, ea hominibus offerre, sicut etiam absurdum esset, & impium iisdem hominibus sacrificare.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, & c.

INter alia, quæ amatores mūdi solent sibi diligenter coaceruare, tria sunt præcipua; diuitias sæculi, carnis voluptates, & honores. Omnia verò hæc suam habent tineam demolientem. Diuitiarum tineam assignavit Chrysostomus, sæculi breuissimam durationem: sic enim intelligit illud Pauli primæ ad Timoth. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere.* idcirco, inquit, presentis sæculi diuitias appellauit, ut discas quod cum præ-

senti vita, & copia pariter dissoluitur, &c. cuius fortasse tineæ meminit idem Paulus vbi supra dicens. *Neque in incertum diuitiarum.* In quem locum Chrysostomus sic habet. *Nihil tam infidum, quam diuitiæ: fugitiuus est, & ingratus seruus fidem non habens: etsi innumera ipsi vincula circumponas, vincula ipsa attrahens abit.*

Quod si non desinis coaceruare, & cor apponere, quia incertæ, & fugitiuæ sunt, desine quia pungunt, & cruciant possidentem. Audiamus Ambrosium serm. 81. ad illa verba Lucæ 12. de diuite cuius ager vberes attulit fructus, ipso dicente, *Quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos? quis, inquit, non talem misereatur? quis non infelicitatem eius doleat? angustatur ex abundantia. Infelix in presentibus bonis, infelicior in futuris; & ut video ager ei non tam redditus largiores, quam gemitus attulit grauiores; ita ut curis, ac mororibus stimulatus, egenitibus, & esurientibus similes perferat cruciatus: denique & egeni vox est ista; quid faciam?*

Est & alia tineæ, quæ huius vitæ bona, si quæ sunt, sine inter-

Chry
ost.

Ambro
Luc.

122

107

1. Ti-
m. 6.

Annotationes in Evangelium

missione demolitur; metus scilicet amittēdi quod habes. Quo sanè spectat illius sententia, qui dixit mortales, dum viuunt, duos habere vitę, veluti quietis humanę carnafices; dolorem scilicet, & timorem: si enim malè habemus, cruciat nos dolor; si bene, timor: amittendi videlicet illud bonum, quod possidemus. à quo posteriori carnafice etiam Iob suis iam bonis destitutus, antequam amitteret, cruciari fatetur cum ait. *Timor, quem timebã euenit mihi, & quod Verebar accidit.* Solent miseri, sua mala deplorare, ex præcedentibus signis, & prælagijs animi, sicut illum fecisse legimus, qui dixit.

(let, Sæpe malū hoc nobis, si mēs nō leua fuiss. De celo tactas memini prædicere quercus Sepe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.

Virg. eclog 1.

Quo eodem sensu verba Iob possunt interpretari, quasi diceret. Eheu malorum mihi mens bene prælaga; tam acerba enim sunt, quæ patior, vt signis, & prælagijs fuerint digna. Vbi notandum est potuisse quidem ærūnarum timorem, & præsensio- nem à Domino immiti. Solet enim Deus suorum saluti consulens, ne inopinatus casus illos deiciat, aut grauius conturbet,

interius admonere; sicut Paulo protestabatur spiritus, quod vincula, & tribulationes Hierosolymis illum manebant. Act. 20. & c. 9. ait Christus Dominus de eodem Paulo. *Ego ostendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati.* Est igitur utilis valde iste timor, licetq; vt plurimum, cruciet imperpectos, potest nihilominus diligentibus Deum, & solet cooperari in bonū. Iuxta quam expositionem id, quod ait Iob, *quod Verebar accidit mihi,* idem est ac si diceret. Numquā mihi de felicitate blāditus sum, sed potius semper timui fortunę cōmutationem, cum negatum sit summis stare diu. Bene illud mecum ego sæpius repe- tebam; omnia tempus habent, posseque fieri, vt inopia, & ærūnæ suum tempus post tantā felicitatem sibi vendicarent. hoc est, quod metuebam cum diuitijs abundarem; ecce carnifex, qui me, cum bona valitudine fruerer, cruciabat. Itaque inseparabilia esse hæc tria satis cōstat, nempe viuere, metuere, & dolere. Ecce ostēdimus tineam diuitiarum; imò pacis, tranquillitatisque humanę; bonorumq; omnium temporalium, quibus mor-

Act. 20. & 9.

11.

mor-

mortales fruuntur, crudelissimum assignamus iugulatorē.

Secūdo potest sibi aliquis thesaurizare ea, quibus exteriores sensus oblectari solent; de quibus videndum quoque est, utrū suam habeant tineam, à qua soleant, sicut & sæculi diuitiæ demoliri. Et quidem, si Salomoni credimus in 2. cap. Ecclesiastes, horum omnium, quæ sensibus oblectationi esse possunt, tineam esse dixit animi afflictionē. Omnia, inquit, quæ desiderauerūt oculi mei non negavi eis, nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueretur: vidi in omnibus afflictionē animi, & nihil permare sub sole. Ecce vides omnia Salomonis oblectamenta, animi afflictione tanquam à sua tineam demoliri, quæ quidem non aliunde quam ex luctu, & pœnitentia, quæ illicita gaudia subsequi cōsuevit, oriebatur; iuxta quod ait idem Salomon Prouerb. 14. extrema gaudij luctus occupat; additque Bernardus, *utinam priora etiam non occuparent.* Præterea, ut de nostro aliquid etiam dicamus, assignandum videtur tanquam certissima oblectationū, quibus vti minimè licet, & inevitabilis tineam, stimulus ille, seu remor-

morsus conscientie, quem vermem vocamus; de quo sic cecinit quidam. *Diri sibi conscia facti*

Mēs habet attonitos, & surdo verberere cedit
Occultū quatiēte animo tortore flagellū.

Juuen.
Sat. 13

Habet enim, ut ait Pacatus, occultos conscientia carnifices, qui magis lancinant, & torquēt vitalia, quā cruces, quā verbera, quā tormenta. Huc spectat sētētia illa Senec. in epist. 97. *Tuta, inquit, scelera esse possunt, secura non possunt. ipsas nequitie tenebras timet. proprium est nocentium trepidare.* Qua de re si interrogas ipsum Epicurū, respondebit (eius enim testimonio utitur ibidem Seneca) respōdebit, inquit, mala facinora, cōscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eo quod perpetua illi sollicitudo vrget, ac verberat, quod sponsoribus securitatis suæ nō potest credere.

Senec.
ca.

Videndus est Chrysostronus serm. de ieiunio tom. 5. vbi inter cætera in hanc eandē sententiam sic habet. *Qui in malis est, in pœnā habet malitiā: qui furatur erubescit, & metuit: qui occidit nō credit vitæ suæ.* & hum. 8. ad Populū, *Adam, inquit, patrauit peccatum, & statim se occultauit, & antequam à Deo puniretur sensit nuditatē, quam antea non videbat.*

Chry.
sostr.

Annotationes in Euangelium

Hoc autem erat iam pœna ex peccato orta, sicut ex ligno tinea solet oriri. Vnde & Deus ait, *quis ostendit tibi quod nudus eras, nisi quia ex ligno, ex quo præcep- ram tibi ne comederes, comediſti?* Gen. 3.

12. Tertiò inuestiganda restat tinea, à qua honor, quē pleriq; thesaurizare sibi curant, demolitur. Vt autem ex ipsius honoris vocabulo exordiamur, notandum est honos, & onus vnica tantum litera distare; eaque mutata idem omnino vocabulum remanere, non solum voce, & fonu, sed sensu etiam, & significatione; id quod indicatiū est honorem sine onere minime posse reperiri: ex honore enim onus in ipsius honoris interitum, & perniciē oriri, quotidiana experientia docemur; docuitque hoc ipsum Saluator noster Matth. 20. accedente enim ad ipsum matre filiorum Zebedæi, postulāteque vt duo filij eius Iacobus, & Ioannes sederent vnus à dextris, & alius à sinistris in regno eius; *potestis, inquit Dominus, bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi diceret. si de honore prælationis cogitantes, de annexo calice

passionis, eiusque onere minime curatis, fallitis vos metip- sos; & hoc est, quod ipsemet Domi- nus ait, *nescitis quid petatis*: verè enim nescij sunt iudicandi, & cæci, qui honorem ambientes, onus illi annexum obliuiscun- tur, cum sit ipsius honoris cer- tissimus iugulator. Experieba- tur quotidie hoc tyrannus ille, qui cum beatus crederetur eò quod Dominus esset, inter om- nes potentissimus, eiusque cū- cti parerent impero; manife- stare voluit cunctis mortalibus longe aliter rem se habere, ma- ximè autem Democli, qui regē omnium beatissimum prædica- bat; *uolo, inquit, ò Democles in eadem te esse felicitate, qua me frui arbitraris.* iubet ergo ipsum re- gijs indui vestibus, purpura, & diademate adornari, ad mensā sedere, ita vt neque ad dexterā posset, neque ad sinistram de- clinare. ad sunt famuli omnes in aula regia, puerique regio ap- paratu, & ministerio seruientes: & ecce Democles eleuans ocu- los, euaginatam conspicit, quē rex suspendi iusserat, filo tenuis- simo, pendere gladium, mortē sibi si diu adsit, certissimam mi- nitantem. Tūc rex, *vide, inquit,* ò De-

Dion.

Matth.
20.

Plato. *ò Democles felicitatem meam; & ne existimes beatum, cui timoris gladius quotidie impendet. Adde id, quod de eodem Dionysio Platonē dixisse, Seneca refert: is enim cum tyrannum multis stipatū custodibus vidisset; quid, inquit, mali fecisti, ut ita à multis custodiaris? ex quibus omnibus satis iam patet, quam sit utile Christi Domini consilium dicentis, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra; siue enim thesaurizare velimus diuitias, siue mundi voluptates, siue sæculi gloriam, & honorē, omnia hæc à sua, quæ numquam deest, in- euitabili tinea demoliuntur.*

Theſaurizate autem vobis in cælo, ubi nec arugo, nec tinea demolitur: nec fures effodiunt, & furantur.

13. **R**egios Vates, iuxta interpretationem multorum, qui Psalmum centesimum quadagesimum septimum, de cælesti Hierusalem anagogicè intelligunt, exhortatur eius habitatores ut Deum suum laudent ob firmitatem ipsius ci-

uitatis, quæ tanta est ut à nullis iam hostibus portæ eius infringi possint; nec ipsis ciuibus beatis, felicitas eripi. *Lauda, inquit, Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te, qui posuit fines tuos pacem, &c.* In quibus verbis duplici similitudine firmitas eius ciuitatis exprimitur. Vna cum dicitur, *confortauit seras portarum tuarum*, ut nullus iam hostis eas possit infringere, & felicitatem beatis eripere: altera cum subiungitur, *qui posuit fines tuos pacem*. Quid iam timendum restat illi ciuitati, cui pro finibus, & mœnibus ipsa est pax securissima, & inexpugnabilis, tributa?

Idemque figuratum fuit in Mosaico illo tabernaculo, quod quia propter pelles hyacinthinas ipsum cooperientes, cælum à longe aspicientibus representabat, ut author est Iosephus lib. 3. antiq. cap. 7. iure optimo cælestis gloriæ symbolum censeripotest, iuxta illud Psalm. 83. *quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Quemadmodum igitur illud taber-*

Psal. 147.

Ioseph.

Psal. 83

Annotationes in Euangelium

bernaculum ex lignis setim im-
putribilibus, fuit iussu Domini
fabricatum: ita beatorum glo-
ria corruptionis omnino ex-
pers est, atque adeo in eodem
semper statu, in omnem æter-
nitatem firmissima permanens.

Eandem firmitatem signifi-
cat quadrata figura cœlestis il-
lius ciuitatis, quam describit
Ioannes Apocalyps. 21. Et pri-
mum fundamētum muri, quod
dicitur esse iaspis pretiosa gem-
ma, quæ aduersus timores di-
citur esse præstantissima. Quā
ob causam beati, stantes ap-
pellantur à Ioanne Apocalyps.
cap. 7. *Vidi, inquit, turbam mag-
nam, & cæt. stantes ante tronum
Dei. Stantes enim sunt Sancti
in gloria, quia de statu fœlicissi-
mo, quo fruuntur, cadere iam
nequaquam possunt; nec iam
eos sollicitat illud Pauli 1. ad Co-
rint. 10. qui stat, videat ne cadat;
scientes de terrestri illa Hieru-
salem dixisse Hieremiam tren.
cap. 1. Peccatum peccauit Hieru-
salem, propterea instabilis facta
est.*

Propter hæc, & alia multa,
quæ in hanc sententiam addu-
ci possent, Christus Iesus in
Euāgelio discipulos suos, nosq;

in ipsis hortatur, vt non in ter-
ris, vbi nihil est constans, nihil
permanens, sed in cœlo vbi fir-
ma, & stabilia omnia perseue-
rant, nostrarum omnium actio-
num fructus, veluti in thesauro
quodam tutissimo recōdamus.

*Thesaurizate vobis, inquit, in cœ-
lo, vbi fures non effodiunt, neque
furantur.* Id quod etiam Matth.
13. parabolicè docuit, cum reg-
num cœlorum thesauro absco-
dito comparauit; eo sensu, quo
Paulus ait. *Vita vestra abscondita
est cum Christo in Deo.* ad Colos-
sens. 3. hortaturq; nos Gregor.
homil. 5. in Euangel. ne thesau-
rum hunc publicè portet, qui
noluerit deprædari. *Inuentus
thesaurus, inquit, absconditur vt
seruetur, quia studium cœlestis de-
siderij à malignis spiritibus custo-
diri non sufficit, qui hoc & ab hu-
manis laudibus non abscondit. In
presenti etenim vita quasi in via
sumus, qua ad patriam pergimus,
maligni autem spiritus iter nostrū
quasi latrūculi obsident: depræda-
ri ergo desiderat, qui thesaurum
publicè portat in via.*

Vbi notandum est, vanam
mundi gloriam latrunculum ef-
se domesticum, qui ostium ape-
rire solet malignis spiritibus, vt
ingre-

Apoc.
1.

Apoc.
7.

1. Cor
10.
Tren.
e. 1.

Matth.
6.

Matth.
13.

Ad Co-
loss. 3.
Grego.

ingrediētes humani cordis ho-
pitium, totam domus nostræ
substantiam deprædentur. Cū
quibus nobis malignis spiri-
tus, priusquam ingrediantur,
nocturno tempore pugnādum
est; sicut legimus Genes. 32. fe-
cisse Iacob, qui luctabatur cum
angelo vsque mane. Quo qui-
dem facto docemur nocturnū
tempus quærere, vt contra vi-
tia luctemur; hoc est locum, &
tempus occultum quæramus,
ne videamur ab hominibus.
Vnde Angelus ad Iacob, *demit-
te me*, inquit, *aurora est*. Hæc ad-
notasse sufficiant iuxta literam
Euangelij.

15. Quod verò attinet ad cære-
moniam cineris, qua sancta ma-
ter Ecclesia mortis nostræ me-
mores nos esse iubet, sciendū
est nihil esse efficacius ad sua-
dendum nihili faciendas esse di-
uitias, voluptates, & honores,
quam ipsius mortis, propriæq;
miseriæ, & corruptionis memo-
riam. Hæc est gratia, de qua di-

citur Exod. 12. *Dominus autem*
dedit gratiam populo coram Ae-
gyptijs vt comodarent eis, & spo-
liauerunt Aegyptios. Vt autem
Aegyptij filijs Israel, qua vellēt
libentiūs comodarent, videte
quid excogitauerit Deus. Per-
cussit omne primogenitum in
terra Aegypti, vt ipsi videntes
vnusquisque in domo sua mor-
tem primogeniti sui, suamque
quotidie expectantes, pro nihi-
lo ducerent vasa aurea, & ar-
gentea, Hebræisque quotquot
vellent, comodarent. Sit igitur
vnusquisque memor quia pul-
uis est, & in puluerem, fortè
opinione citius reuertetur; sic
enim mundi gaudia, diuitias, &
honores pro nihilo ducens, po-
terit nudus, vt ait beatus Gre-
gorius, cum nudis spiritibus ma-
lignis securius luctari. Dabit vi-
ctoriam, qui certamen indixit
Dominus noster Iesus, qui
cum Patre, & Spiritu
Sancto per sæcula
regnat.

A N N O T A T I O N E S

PRO DOMINICA PRIMA

in Quadragesima

Luc. 4
Marc.
1.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu ut tentaretur à diabolo. Matth. cap. 4.



I.

Luc. 4

Marc.
2.

Vbitari à quibusdã solet, à quo spiritu Iesus ductus fuerit in desertum; sed verè, & absque vlla quæstione tenendum est, ab Spiritu Sancto fuisse ductum; id quod euidentiùs constat ex Luca Euangelista, cum sic habet. *Iesus autè plenus spiritu Sancto regressus est à Iordane, & agebatur in spiritu;* quod idem est, ac si diceret, agebatur impulsu Spiritus Sancti, à quo plenus regressus est à Iordane in desertum. De quo etiã spiritu intelligendus est Marcus Euangelista cum ait, *expulit eum in desertum spiritus statim.* Denique nomine spiritus, sanctum Spiritum Patres intellexerunt. Hieronymus in Mattheum, Ambrosius lib. 4. in Lucam. Chrysostomus hom. 13. in Matth. & homil. 9. operis imp. Origenes hom. 24. in Lucam. Cyprianus sermone de tentatione. Grego-

rius homil. 16. in Euangel. Petrus Chrysolog. serm. 11.

Baptizato ergo Domino nostro in Iordane, auditaque Patris de cælo voce hac, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,* videte quid dixerit Euangelista Marcus. *Et statim, inquit, spiritus expulit eum in desertum.* Vbi notandũ est, verbum, *statim,* & verbum, *expulit.* in verbo, *statim;* se ha de notar, que he obra particular do Spiritu Santo, em pregar logo no seruiço de Deos, & bẽ do proximo, o talento da graça recebida. In cuius veritatis confirmationem, exemplum sit omnibus Christi fidelibus imitandum, beatissima Virgo Deipara, quæ ubi primum Spiritus Sancti virtute obumbrata Deum concepit, Deiq; genitricis gratiam, angelo nuntiãte, suscepit; nulla itineris longitudine, seu asperitate perterrita, nulla interpo-

Marc.
1.

2.

terpo-

terposita mora, sed statim, ut
Marcus notavit de filij spiritu,
beata Virgo ab eodem ducta
spiritu, nullam sibi moram pu-
tauit interponendam, sed abiit
Luc. 1 in montana, sicut refert Lucas
Euāgelista, cum festinatione: nes-
cit enim tarda molimina Spiri-
tus Sancti gratia, qua Dei geni-
trix tunc temporis plenissima,
in montana agebatur.

Hoc sensu videtur intelligē-
2. ad Tim. 4. dus Apostolus. 2. ad Tim. c. cū
vitæ suę tempus cursur
4. nauit. *Cursum*, inquit, *con-*
c. Cum enim ipse in om. libus
operibus suis solo Dei spiritu
ageretur, nullam potuit morā
in operādo facere, & in via mā-
datorum Dei veluti ambulare,
sed in omnibus, impetu Spiri-
tus ita agebatur, ut semper sibi
currendum videretur. Hoc ipso
spiritu actus propheta dixit, *Via*
mandatorū tuorū cucurri, cū dila-
Plal. 118. *tasti cor meū.* Plal. 118. huiusmo-
11. 60. di autē cursum previderat Isaias
cum sic locutus est in cap. 60.
qui sunt hi, qui ut nubes volant,
& quasi colūbæ ad fenestras suas?
sicut enim nubes vento afflatæ
velocissimæ per aerem volitāt:
sic iusti Spiritu Sancto afflati,
velociter properant ad coro-

nam. Vnde & Paulus 2. ad Cor.
9. sic currite, inquit, ut compre-
hendatis. Quare non immeritō
idem Apostolus ad Rom. 8. no-
men hoc venerabile, nempe fi-
lius Dei, illis tantum tribuit fi-
delibus, qui supradicto spiritu
Dei aguntur. quicumque, inquit,
spiritu Dei aguntur, hi sunt filij.
In prædicto igitur sensu intelli-
gendum est id quod de Christo
Marcus scribit, nimirum quod
statim spiritus expulit illum in de-
sertum: expulsio enim addit rei
expulsæ, & velocitatem ut ostē-
dimus, & vim etiam, ad insinuā-
dum quod Spiritus Sanctus nō
modo promptos, sed & fortes
reddit eos, quos inhabitat, &
regit, quemadmodum & bea-
tus Hylarius intelligit illud Chri-
sti Domini, *Regnū cœlorum vim*
patitur, & violenti rapiunt illud;
sicut etiam in eandem senten-
tiam idem sanctus doctor in-
terpretatur illud Psalm. 2. *Ap-*
prehendite disciplinam, ne quando
irascatur Dominus, & pereatis de
via iusta.

Pro huius autem prophetici
loci maiori intelligentia, notā-
dum est eorum salutem, qui hu-
iusmodi spiritus impetum mi-
nimè sequuntur, maximè peri-
clita-

2. Cor
9.
Ad Ro
m. 8.

Hyl:

Psalm. 2

3.

Annotationes in Euangelium

Apoc.
3.

clitari. Id, quod Apocal. cap. 3. apertissimè ostenditur cū beato Ioanni præcipitur, vt episcopum negligenter se gerentem, & in operando tepidum sic alloquatur. *Vtinam frigidus aut calidus esses; sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo.* Diciturque Deus tepidum euomere ex ore, & non ex stomacho, vt intelligas tepidum sic Deo displicere, vt eum omnino deglutire non possit, sed eundem in ore tanquam displicentē cibum retineat, cum ab eo stomachus abhorreat. Quid autē sit ex ore euomere explicauit Ansbertus, quasi diceret Deum vel ipso exhortationis verbo interdum indignos iudicare, quos in melius commutandos non esse prænoscit. Neque verò ait euomam, sed incipiam euomere, quia, vt ait Richardus Victorinus, *non subito à gratia deseritur tepidus, vt statim in mala præcipitet, sed primum minima, deinde maiora contemnens, gradatim à summis descendit, atque adimarruit.* Disciplinam ergo fratres, non tepidè, sed ardentissimo spiritus feruore apprehendite, ne quando irascatur Dominus, incipiatque euomere, ac perire

Ansb.

faciat de via iusta; precamur ergo coelestem regem ne proijciat nos à facie sua, sed spiritu principali; cōfirmet nos illo inquā spiritu, quo filij Dei aguntur, & à quo etiam ipse Dominus Iesus ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo.

Pl. 50

Et cū ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit. tunc accendens tentator, &c.

Mirum est valde quod eū tentare sit ausus, super quem paulò ante vox de cælo intonuit, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite.* Respondet Leo Papa hoc factum fuisse, quia diabolus tantum sibi de naturæ nostræ fragilitate promiserat, vt quē hominem agnouerat, præsumeret fieri posse peccatorem.

Leo

Vbi notandum est, diabolū non tam ex suis viribus, quam ex nostra imbecillitate, victoriæ posse fiduciam concipere. Vnde neminem cogere potest, sed solum allicere; nullius extorquet cōfessionem, sed petit; quem admodum videre est in ijs, quibus

4

bus

bus Christum aggressus est tentationibus: in prima namque solum obtulit lapides; si vis, inquit, dic ut lapides isti panes fiant, non imperaviuè ait. fac; sed totum eius commisit voluntati, si vis, inquit, dic ut fiant, in secunda etiam, non illum præcipitavit, sed tantūmodo calum suavit dicens. mitte te deorsum. nec denique in tertia, & vltima tentatione ipsum aliquo modo coegit vt adoraret, sed solum regna mundi, & gloriam eius promittendo alliciebat dicens. *Hæc tibi dabo si cadens adoraucris me.* Totum verò hoc ex propria oritur imbecillitate; audiamus super hac re Augustinum sermone 197. de tempore. *Alligatus est, inquit, diabolus tanquã innexus canis catenis, & neminẽ potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte, frattes, quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tute illi per voluptatẽs sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem: non enim cogendo, sed suadendo nocet; nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Quod*

si quæras, cur ergo præualet si alligatus est? Respondet idem Augustinus, *Verum est quia multum præualet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur.*

Diabolus igitur cum se ligatum sentiat, dolo sèper, & fraude, nõ viribus aggreditur, quos tentat, sciens dolo se plerūque, viribus vero numquam potuisse præualere; ideo namque in Apoc. calyps. cap. 12. dicitur apparuisse se Ioanni draconem magnum, & rufum, vt significetur diaboli dolus, & malitiã, quæ per colorem rufum ex quorundam sententia designatur; qua ratione etiam comparatur tygri, quod animal vario colore, maculisq; distinguitur. *Iob. 4. tygris perijt eo quod non haberet prædam; in quem locum notandum est ex Diuo Hieronymo, septuaginta interpretes, loco, tygris, transtulisse Myrmecoleon, idest, formica & leo, quem, inquit Hieronym. nos verius diabolũ dixerimus, qui quando prædã agit de sanctis, tanquã de maioribus rebus, vt leo habẽdus est, quãdo verò minima querit auferre, formica dicendus, & cæ diabolus igitur, & leo est, & formica: infirmis quidem, & neglig-*

Aug.

Iob. 4

Hier.

Annotationes in Euangelium

gentibus leo, at vero fortiter
resistentibus formica est, quæ
potest faciliè pedibus conculca-
ri, iuxta id quod Propheta dicit
in Psalm. 90. *super aspidem, &*
Pl. 70 *basiliscum ambulabis: & concul-*
cabis leonem, & draconem.

5. *Tunc accedens tentator. Vide-*
te dæmonis astutiam. Tunc ac-
cessit, cum Christū elurire præ-
sensit: cum enim Dominus Ie-
sus ieiunasset quadraginta diebus,
& quadraginta noctibus, postea
esuriit; tunc diabolus, qui ten-
tandi semper obseruat occasio-
nem, ut facilius decipiat, acce-
dens ait. dic ut lapides isti panes
fiant. Potuit quidem statim in
principio quadragesimæ de gu-
la illum tentare, noluit tamen
sed post quadraginta dierum fa-
mem, quia tunc, ut putabat, de-
bilis iam, & macie confectus,
oblatus panem minimè recu-
saret. Proh dolor, multos hac
nocendi arte, cibos offerendo
deiecit. multos latrocinia suadē
do decepit, ut præsentī necessi-
tati subuenirent. Nolite ergo
hoc ostium diabolo aperire; ne
dixeritis imbecillis fiam, non
possum ieiunare: si enim, in-
Greg. Naz. *quit Gregorius Nazianzenus,*
aliquis tibi dixerit, ne ieiunes quia

imbecillis fies, ne credas illi quia
subornauit eum sathanas. Vem
subornado por parte de satha-
nas, que muitas vezes o que nã
pode acabar por si, acaba por
hum maõ terceiro. Hoc ostium,
inquit Augustinus, duas habet
valuas: cupiditatis, & timoris, aut
Aug. *cupis aliquid terrenum, & hac in-*
trat, aut times aliquid terrenum,
& hac etiam idem diabolus intrat.
timoris, & cupiditatis ianuã clau-
de; aperi Christo cupiendo regnum,
timendo ignem gehennarum, per
cupiditatem sæculi diabolus intrat,
per desiderium vitæ æternæ Chri-
stus intrat. per timorem pœnarum
temporalium diabolus intrat, per
timorem ignis æterni Christus in-
trat. Hæc Augustinus. Vtriusq;
valuæ mentionem fecit Chri-
stus Matth. 10. vbi sic ait. Noli-
te timere eos, qui occidunt corpus.
Matt. *Ecce clauditur ostium diabolo:*
10. *sed eum timete, qui habet potesta-*
tem, & animam, & corpus occi-
dere in gehennam ignis. Ecce ape-
ritur Deo.

Nolite ergo locū dare dia-
bolo, sicut ait Apostolus ad E-
phes. 4. resistite autem illi & fu-
AdE. *giet à vobis. Scitote veracem esse*
ph. 4. *qui dixit, non in solo pane viuit*
homo: hæc enim facientes ipse
libe-

6. liberabit vos de laqueo venantiū, qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eum. dicite Deo: educes me Domine de laqueo hoc quē absconderunt mihi esuriēti. Pauper sum ego Domine, & in laboribus à iuuentute mea; veruntamen in te sperabo non confundar in eternum: quia tibi derelictus est pauper, orfano tu eris adiutor. contere brachiū peccatoris, & maligni, hoc est diaboli tentātis; diabolus enim ab initio peccat. Sic autem legitimè certantes, corona iustitiæ donabit Dominus in illum diē iustus iudex.

Dic vt lapides isti panes fiant.
Nota diaboli tyrannidem. querque o firuamos à nosā cūsta.
Huius diabolicæ tyrannidis extat expressa figura Exodi cap. i.
Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris. Et infrà, nequaquam dabit paleas populo ad conficiendos lateres. Tūdo o demonio querque se ja à nosā cūsta, que nem hūa palha ainda quer dar. Huc pertinet illud Deut. 4. seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis

requiem die, ac nocte. Hoc est, seruietis miserabilius quam seruire solēt captiui dominis suis: hi enim nocte saltē requiescunt, vos autem etiam nocte seruietis: hi à suis accipiunt dominis victui necessaria; vos autem à dijs vestris, quibus imperante diabolo, seruietis, ne paleā quidem accipietis; imò si quando præ labore, & fame deficere videbimini, non panes vobis, sed lapides ministrabit, sicut Christo Domino, qui cum quadraginta dierum ieiunio esuriret, accedent tentatori, ac dicenti, dic vt lapides isti panes fiāt, respondit. *Non in solo pane viuit homo.* Pensate modò, fratres, cui vobis expediat seruire; diabolo ne, qui nec laboris requiem, nec pro ipso labore paleam dabit, an potius Deo, qui potest, & vitā dare, & famem expellere, non solum pane, sed in omniverbo, quod procedit de ore ipsius Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui diabolo lapides offerenti vt panes fierent respondit, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Deinde notandum est quod fortius quidē diabolus tentaret

Annotationes in Euangelium

panes offerendo, quam lapides: solet enim ut plurimum, hominem deicere oblata occasione. Sicut patet in casu Adami, & Eux, quos ostensione pomi deiecit, **1. Re.** David etiã cū videret Beetsabee ex aduerso lauante se, statim in eius concupiscentia captus est. Id, quod præterea mille alijs posset exẽplis cõprobari. Hinc est quod Numer. cap. 6. Deus cū vellet ut Nazaræi a vino abstineret, præcepit ne vvas etiã passas comederent; imo ut ab ipsis vuarũ acinis sibi tẽperarent; ne videlicet ab acinis ad vvas, & ab vuis possent transire ad vinũ; hoc autem nihil aliud fuit, quã peccandi tollere occasionẽ, quam statim peccatũ comitatur. Eodẽ consilio Deus cū prohibuisset Iudæis in die sabbati cibos parare, simul etiã eisdẽ interdixit ne eo die domi possent ignẽ habere, nõ alia ratione, quã quia accensus ignis occasio esse poterat parandi cibos, atque adeo præcepti violandi. Similiter Exod. 12. non solũ interdicitur ne vescantur in paschate fermentatõ, sed ne domi tunc tẽporis possint habere fermentum. Quare merito Ezech. 8. reprehenduntur sacerdotes,

qui stabant ante picturas idolorum, quæ erant in pariete tẽpli, habentes thuribulum in manibus suis. *Ecce, inquit, omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum: & septuaginta viri de senioribus domus Israel stabant ante picturas; vnusquisque habebat thuribulũ in manu sua, &c.* Sunt enim peccandi occasiones veluti picturæ idolorum, ante quæ, qui se eisdẽ occasionibus obijcit, dicitur stare, paratus scilicet ad idola adoranda. Cum ergo diabolus plerũq; solet oblatiis occasionibus prævalere, quid causæ esse potuit cur tentator lapides voluerit potius offerre, quã panes? dicendum quod diabolus optime nouerat Dei filium humanam naturam assumpturum, & in eadem assumpta humanitate pro mundi salute moriturũ; an vero homo ille, qui quadraginta dierum ieiunio attritus in deserto, fameque confectus versabatur, filius Dei esset ignorabat; cūq; hoc miraculo vellet explorare, lapides obtulit ut ex ipsis panes fierent; vnde & ait, *Si filius Dei es dic ut lapides isti panes fiãt.* Volc-

8.

Volebat autem an Deus esset, scire, fortè ut eius mortem quo ad eius fieri posset impediret; ne scilicet morte sua posset in medio terræ, hoc est in vrbe Hierosolyma, salutem operari: si enim Hierosolomitani principes agnouissent, numquam, ut loquitur Paulus, Dominum gloria crucifixissent. Qua ratione, omis-
Paul. sis alijs, Christus Dominus ita respondit, ut diuinitatem diabolo occultam, amplius celaret. Non in solo, inquit, pane viuit homo; quibus verbis de diuinitate tacens, se hominem profiteretur.

Nouerat hoc beatissima Virgo mater eius Maria, quæ cum filium suum Iesum adhuc infātem in templo vellet, quadraginta, secundum Moyse legem completis diebus, præsentare, legem communem obseruans, ut notauit Ambrosius Ansbertus, expectauit purgationis diem, celauit filij maiestatem. Hinc est, quod cum postea eundem puerum inter doctores disputantem inueniret, appellauit filium Ioseph. Ecce, inquit, pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Cur ergo, inquit Ansbertus, Virgo abscondit conceptionis, ac natiuitatis illius sacramentum, quem nouerat
Luo. insup

Deum esse immensum? respondet ipse. Sciebat iam tunc gratia plena spiritu diuinitatis afflata, quia si hunc principes huius sæculi agnouissent, numquam pro salute nostra crucifixissent.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit. Si filius Dei es, mitte te deorsū, & cat.

Videte diaboli astutiam, & mundi consuetudinē. eleuant, ut deiciant. Ascendisti ad maximum aliquem honoris, seu dignitatis gradū? nihil est, quod gaudeas de ascensu, multum autem quod timeas de casu: memineras regem Assuerū ita exaltasse Aman in regno suo, ut à rege secundus esset, ex qua dignitate non multis post diebus ita deiectus est, ut in patibulo suspensus, miserrime vitā finiret, iuxta id, quod dicitur in Ps. 36. Vidi impium super exaltatum, & eleuatum super cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quasi inueniret eum, & non est inuentus locus eius. Ps. 39

Annotations in Euangelium

Videbatur iā tacitè docere mū-
di exaltationem pro nihilo du-
cendam Moises adhuc puer: cū
enim rex Pharao videret, à filia
sua puerum diligi, detracto sibi
ex capite diademate, puerum
coronauit: puer autem coronā
proijciēs pedibus conculcauit;
quasi iam tunc ægre ferens dari
sibi honorem, à quo statim erat
spoliandus. Iure igitur August.
Aug. in lib. soli loq. ita de se ipso con-
quæritur. *Mundus clamat ego de-
ficio; tu verò Domine clamas ego
reficio: ego autem miseria mea pra-
ua, magis sequor deficientem, quā
te reficientem.* Quare Moises co-
ronam proijciens docuit mun-
di honorem, qui aliquando de-
ficiet, nihili faciendum.

Longè aliter Absolon David
regis filius, qui cum patris reg-
num vellet sibi usurpare, fecit
sibi currus, & equites, imposi-
toq; diademate, totus iam fere
populus eum sequebatur; & ec-
ce mittitur Joab cum exercitu
David aduersus eum in præliū,
& cæsus est exercitus Absolon
ab eo: accidit autem ut occurreret
Absolon seruis David sedens mu-
lo; cūq; ingressus fuisset mulus sub-
ter condensam quercū, adhesit ca-
put eius quercui, & illo suspensio

inter cælū, & terrā, mulus cui in-
sederat pertransiuit: cumq; hoc nū-
tiatū fuisset Joab, tulit tres lanceas
in manū sua, & infixit eas in cor-
de Absalon. Ecce sic vitam fini-
re oportet, qui magni faciunt à
mundo exaltari, cum ipse sem-
per non ut exaltet, sed ut deij-
ciat, soleat sui amatores eleuare.

Hanc verò deijciēdi artem,
seu potius decipiēdi inuētionē,
illudendiq; modū, mundus di-
dicit à diabolo, qui ut primos
parētes faceret iumēto similes,
eisdē deos fieri posse promisit.
*Eritis, inquit, sicut dii scientes bo-
nū, & malū.* cui cū acquiesceret
homo, comparatus est iumētis in-
sipientibus, & similis factus est illis.
Bene autē non cuiquāq; animali,
equo videlicet, leoni, vel boui si-
milis factus est, sed iumēto insi-
piēti; quia enim vsq; ad Dei sciē-
tiam se exaltari posse arbitratus
est, meritò ab ipsomet diabolo
fuit vsq; ad iumēti insipientiam
deiectus, qđ inter omnia animā-
tia insipientissimū iudicatur. Dia-
bobus igitur ex more suo Dñm
Iesū statuit in pinnaculo tēpli, ut
casū suaderet, quia nō poterat
præcipitare. *Mitte, inquit, te deor-
sū.* & quia primos parētes deie-
cerat expulso pri^o metu mortis,
quam

3. Re-
g. 18.

Gen.
22

Gen. 1.
quam ex casu minimè euasuri
essent, dicente Deo, *in quacunq;
hora comederitis morte moriemini;* quibus diabolus *nequaquam,*
inquit, *moriemini;* eodem prorsus modo, cum Christum ut se
deorsum mitteret hortatus est, id fieri posse nullo mortis periculo, affirmavit dicens. *Angelis suis Deus mandauit de te ut in manibus tollant te.*

10. *In manibus portabunt te.* Ecce alia utitur nocendi arte non cōtemnenda. Sæpe mortalibus casum suadet Dei misericordiã prætendens. Quasi diceret. A
inda que pequeis, ficais nas mãos da misericordia de Deos que vos ha logo de perdoar. Cui ex aduerso respondemus, eum, qui se vltro ex altissimo virtutis monte deorsum projicit, in profundumque vitiorum venire contemnit, oportere potius meminisse tremendã Apostoli sententiam ad Hebræos c.
Ad Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis;* tantum abest ut incidant in manus misericordiæ ij, qui se deorsum mittunt viam veritatis deserentès. Verba autem illa, *in manibus portabunt te,* &c. de illis tantum iustis intelligenda sunt, qui viam

veritatis eligentes in eadem via mandatorum Dei currenda ab angelis custodiuntur, ne fortè offendant ad lapidem pedè suũ. Hoc est, ne quando se deorsum mittant, diabolo suadente: tunc enim nō in angelorum manus deueniunt ut tollantur, sed in profundum inferni bathrathrũ ut absorbeantur. Audi modo cuiusdam peccatoris vocem Dei auxilium, & manum in casu suo veluti de profundo lacu implorantis. *Non absorbeat me, inquit, profundum, neque urgeat super me puteus os suum.* Psalm. 68. considerauit Propheta vnde exciderat, iuxta illud, quod dictum est Apocal. 2. cuiusdam etiam in casu suo; *memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam.* memor igitur rex David vnde exciderat, nempe à loco eminentissimo; ipse enim est de quo Deus aliquando dixerat, *inueni David secundum cor meum;* in corde ergo Dei David posuerat nidum suum, à quo suadente diabolo se se deorsũ proiecerat, in profundum illud barathrum à quo liberari desiderat cum ait. *Non absorbeat me profundum. neque urgeat super me puteus os suum.*

Quod si clarius vis intelligere

Annotationes in Euangelium

I I.
Pl. 85

quod nam sit illud profundum, quifoe puteus ille, cuius ore propheta vrgeri pertimescit, audi illum iam in Psalm. 85. Deo gratias agentem, quod se viderit à profundo liberatum. *magna est, inquit, misericordia tua Domine super me, quoniam eruisti animam meam ex inferno inferiori.* David ergo peccando, se deorsum misit, à summo coelo, vt ita dicam, hoc est à corde Dei, in infernū inferiorem, ceciditque in manibus dæmoniorum, vt discerneretur: non vero in manu angelorum, sicut tentator falso promittebat, vt ab iisdem custodiretur: hoc enim de illis solum scriptum est, vt iam diximus, qui custodiunt vias Domini, non vero de illis, qui se vltro præcipitare voluerunt, sicut fecerat rex David. Si ergo diabolus aliquando te, vt sæpe solet, tentauerit, ostendēs magnam Dei misericordiam in te; noli aquiescere, sed memor esto Domini Iesu, qui cum in deserto similiter tentaretur, respondit. *Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.* Verum est quidē diuinæ misericordiæ manum semper esse extensam ad erigendos omnes elisos: *prope*

est enim Dominus omnibus inuocantibus eū, omnibus inuocantibus eum in veritate: verum quia nō omnibus datum est post casum ita Dominū in veritate inuocare vt mereantur exaudiri, idq; in pœnā patrati sceleris; & quia fortē aliquando à Deo vocati, venire renuerunt; insanæ mētis est, ex eo, quod Deus benignus est, & misericors, se se mittere deorsum, Deiq; gratiam deserere, & parui facere, eo quod patiens est, & multus ad ignoscendū. Insanus certē, & merito, ille iudicaretur egrotus, qui diceret medicū habeo artis peritum, in super & amicum, non timeo febrim, p nihilo facio ex dolore lateris, vel quocūq; alio morbi genere laborare; moxq; vas aliquod veneno plenū mortifero, propinaret. Insane, quis tibi dixit quod medicus applicabit artis suæ medicamentū, & remedia antequā veneno moriaris? demus tamē quod medicus, quē vocasti dicto celerius veniat, sciat, velitq; curare, est enim, vt ais, ex tuis intimis; nōne aliquādo cōtingit vt operāte medico, natura non rectē operetur? vnde & medicus oleū, & operam perdet non cooperāte natura.

Exem-

Psalm.
144.

Exemplū sit Esau, & Antioch⁹,
 qui non inuenerūt locū pœnitētiæ,
 quanuis cū lachrymis requisissent
 eam. Et quidē de Antiocho legi-
 mus in Mach. 9. implorabat sce-
 lestus Deū, à quo non erat miseri-
 cordiā consecuturus. nō quia Deus
 nollet, de quo dicitur, non vult
 mortē peccatoris, sed vt conuertatur,
 & viuat: sed quia scelestus
 ille non erat debite dispositus;
 cūq; Deo nō cooperaretur, non
 poterat misericordiā impetrare

1. Ma
 cha. 9

12.

Neq; vero te decipiat inimic⁹
 diabolus dicens hoc contigisse
 semel vni Antiocho, verū mul-
 tos extitisse, maximosq; pecca-
 tores, qui post casum, Deū inuo-
 cātes, veniā receperūt; de quo-
 rum numero fuit insignis ille la-
 tro, qui de cruce clamans, Do-
 mine memento mei, migravit ad
 regnum. respondere namq; o-
 portet demoni hoc, vt decipiat,
 suggerenti, verbis Ecclesiast. 5.

Ecele
 siaste.
 5.

subito veniet ira Dei, & in tēpore
 vindictæ disperdet te. Quod si lu-
 bito aliquādo veniet ira Dei, po-
 terit sane statim venire cū cecide-
 ris, priusquā medicū inuoces vt
 cures; ideo, qui stat videat ne ca-
 dat. Ad illud vero, quod diabo-
 lus suggerere solet, nēpe multi
 post casum veniā receperunt;

oppono ego illud Ambrosij, sa-
 cilius inueni, qui innocentia con-
 seruarunt, quā qui congruam pœ-
 nitentiā egerunt. Item illud Mat.
 20. Multi sunt vocati, pauci vero
 electi. Quod si ex omnibus vn⁹
 tantum posset non pœnitere,
 timēdum nihilominus esset, ne
 forte tu, vnus ille esses, qui cum
 Antiocho locū pœnitentiæ nō
 inuenires, & diabolo acquiescēs
 cum ait mitte te deorsum, cū co-
 dem quoque ad eternas pœnas
 in profundum barathri demer-
 garis, vrgeatque super vtrūq;,
 inferni puteus os suum.

Ambro

Matt.
 20.

*Hac omnia tibi dabo, si
 cadēs adoraueris me, &c.*

13.

Q Vi nihil propriū habet
 omnia pollicetur: non
 enim dare volebat, sed accipe-
 re. Vnde sic nos beatus Ioannes
 Chryso-
 Chryso-
 stomus hortatur. ne cre-
 datis ei, quia promittit non vt det,
 sed vt potius accipiat. Interroga-
 tus quidam quonam supplicio
 dignus esset mendax? vt verum,
 inquit, aliquando dicens non cre-
 datur. Qua eadem pœna pu-
 tauit Marcus Tullius puniri de-
 bere eum, qui semel peiera-
 uit. Vbi quis, inquit, peierauerit,
 ei credi postea, etiam si per plures

Chry-
 stomus

In O-
 rat.

Annotationes in Euangelium

Deos iuret, non conuenit. Primò igitur diabolus mentitur quidquid dandum promittat, cum nullius sit Dominus. Secundo dato quod omnia mundi regna daret, numquam tamen omnium regnorum vnicum dominum esse vellet, sed multos, vt de multorum casu gauderet, sciens quod ad montem Domini ascendere volentes, grauissima regni sarcina prægrauati, vel sub onere, vel cum onere cadent, vt ait Bernardus, qui in sermone de quadruplici debito ita monachos suos consolatur, quod relictis mundi sarcinis expeditius ascendere elegerunt. *In via,* inquit, *estis, quæ ducit ad vitam: arduus quidem ascensus ciuitatis Hierusalem, ad quam tenditis, ut pote per ipsam montis summitatem incisus, sed via compendiosior, laboris magnitudinem vel temperat, vel excludit: vos enim viam istam non solum itis, sed curritis, quia exonerati estis, & accincti, nihil ponderis supra dorsa portantes. Non sic aliqui non sic, qui quadrigas, vel quadrigalia onera portantes, montis circuitum ambire decernunt, & plerumque per diuexa montis præcipiantur, vt vix finem inueniant vite suæ. fœlices igitur vos,*

&c. Refert Valerius Maximus, quod cum rex quidam ante se vidisset diadema, quo erat coronandus, in hæc verba prorupit. *O nobilem magis quam fœlicem pannum, quem si quis penitus cognoscat quam multis solitudinibus, periculis, & miserijs sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.* Hoc autem cum cerneret Seneca, accusans hominum cæcitatem, quisquam ne, inquit, regno gaudeat? *ò fallax bonum: quantum malorum, fronte quam blandategis.* Testis oculatus, & expertus fuit Salomon rex, qui cum esset omnium potentissimus rerum omnium, vt ipse testatur, affluens abundantia, omniaque sibi compararet, quibus poterat animus oblectari, in his omnibus non nisi vanitatem, & spiritus afflictionem se inuenisse fateretur.

Tertiò. daret quidem diabolus, si posset, omnia regna mundi cunctis mortalibus, sciens humanam fœlicitatem multorum semper fuisse seminarium delictorum: est enim in primis bellicosa, iuxta illud Genes. 13. de Loth, & Abraham; erat autem substantia eorum multa nimis, & nequibant habitare communiter; unde

Valer
Max.

Senec

Salom
mon.

14.

Gen.

13.

unde facta est rixa inter pastores gregum, & Loth. deinde potentia, & opum affluentia lasciuia generant iuxta illud Hierem. 5. Saturavi eos, & machati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. & Deut, 32. incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. & Psal. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectu cordis. ex adipe, hoc est ex abundantia. In quem locum ait Augustinus quosdam ex macie, id est propter necessitatem peccare; alios ex pinguedine, id est, ex diuitiarum affluentia: atque hos prioribus longè grauius. est locus apud Iob. cap. 15. in hanc sententiam elegantissimus. contra omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus cum erecto collo: & pingui ceruice armatus est. In quem locum Gregor. lib. 12. Moral. cap. 22. sic ait. Potens iniquus pingui ceruice contra Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens, contra precepta veritatis, quasi de magnitudine carnis erigitur. Denique Ezechielis 16. dicitur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abundantia. Intelligite ergo hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando fallax diabolus rapiat,

& non sit, qui eripiat. Scitote promissiones eius fallaces esse, & veluti muscipulas, & laqueos, iuxta illud Apostoli prima ad Timoth. 6. qui volunt diuites fieri, in tentationem incidunt, & in laqueum diaboli. Qua diaboli muscipula comprehensi sunt olim filij Israel sicut videre est apud Ezechielem capite 13. vbi Deus quasi exprobens ait. Violabant me propter pugillum hordei, & fragmen panis. Ex aqua que o demonio vos metena mao, pao de ceuada mantimento de brutos animas. Ecce regna mundi; ecce gloriam eius, cuius gratia vult ab hominibus adorari. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Væ miseris hominibus, quos nullo modo faciunt aliena pericula cautos: videntes enim Luciferum ex eo solum quod cogitauerit in corde suo se posse Deo fieri similem, de cælo tanquam fulgur cecidisse in infernum æternis ignibus cruciandum, non solum mundi honores, potentiam, & fælicitatem non fugiunt, sed hæc omnia aperto ore inhiantes pro iisdem consequendis, tenebrarum principem diabolum adorare, si opus fuerit, non erubescunt.

Ad Tim. 6.

Ezec. 13.

15.

Annotationes in Euangelium

Milhor partido nos fas Deos.
 Dominum Deum tuum adorabis,
 & illi soli seruias. Si tantum iu-
 uat diuitem fieri, ab omnibus
 adorari, mundi gloriam, impe-
 rium, & regna possidere, Do-
 minum Deum tuum adora, &
 hæc omnia consequeris. Chri-
 stus Iesus Apocal. i. appellatur
 princeps regum terræ; ubi Ruper-
 tus princeps regum, interpre-
 tatur, princeps iustorū. & Psal.
 109. verba illa. Tecum principiu,
 legunt interpretes Hebræi, po-
 pulus tuus princeps, vel principa-
 tus. Ambrosius etiam illud Ge-
 nes. 17. Ponam te ingentem mag-

nam, & reges ex te egredientur,
 sic exponit. non solum reges erūt
 dignitate, Verum etiam illi reges,
 qui peccato non seruiant, nec vin-
 cant eos malitia. Eodem sensu
 Gregorius intelligit illud Iob.
 36. Reges in solio collocat in per-
 petuum. Id est iustos ab hac po-
 testate regiminis, ad potestatem
 transfert retributionis. Verè
 ergo Dominus voluit suos ho-
 norare veluti reges cum dixit.
 Dominum Deum tuum adorabis,
 & illi soli seruias; cui seruire
 est regnare per infinita
 sæcula sæcu-
 lorum.

Matt.
4.

Apoc
1.
Rup.
Psal.
109.

Ambrosius
Gen.
17.

Iob.
36.


Greg.

A N N O T A T I O N E S

I N E V A N G E L I V M

Pro Feria quarta post Dominicam pri-
 mam. in illud Matth. 12.

Magister volumus à te signum videre, &c.

I.  VM Dominus noster
 Iesus Christus dæmo-
 niacū sanauerit cæcū,
 surdum, & mutum, aliaq;
 fecerit mirabilia, quibus
 ipsius diuinitas ostendebatur;
 pharisæos flecti, admirari,
 & obstupescere oportebat.
 Tunc, vt notauit Chry-

sostomus, dicunt volumus à te
 signū videre. Super quibus
 verbis sic Chrysostomus cōmentatur.
 Verba eorum adulatione, &
 ironia sunt plena: & prius
 quidē conuitiabantur dæmo-
 niacū eum dicentes: nunc
 autē adulantur magistrū vo-
 cantes. Propter hoc & Dominus
 vehe-

Chry-
sost.

Pro Feria quarta post primam Dominicā. 62

vehementer eos arguit dicens, generatio prava, &c. Vbi notandum est ex eodē Chrysofomo, quod cū ei conuitiabantur, mansuete respondet, cum autē adulabantur, conuitiiose, & acriter; ostēdēs se vtraq; passione superiorem; id, quod etiā Euthymius adnotauit. Cū illi, inquit, contumeliosi essent, patienter eos ferebat: dum autē adularentur, asperē respondet; ut potē, qui neque animi vehementia vinceretur, neq; adulatione molefceret. Pravam vero dixit eā generationē, quasi iam olim incredulam, ac tentantem iuxta id, quod dicitur in Ps. 77. non crediderūt in mirabilibus eius.

Adulteram vocat progenitorū à Deo defectionē, qui olim fide à Deo disiuncti, fidei dæmonū adhæserunt. Adulterium quipē etiā nominauit idolatriam, veteris testamenti scriptura, quemadmodum in libris prophetarum frequenter iouenies; maximē Ezechielis 16. & Oseæ 1. & 7.

Ex quibus, ut iam aliquid ad morum compositionem eliciamus, notandum est hanc generationem ideo adulteram vocari, vel quia frequenter Deum dereliquit, & idola adorauit, ut

dicitur est; vel etiam quia non Deum super omnia diligebat, sed creaturis plus debito adhærebat: qua ratione nos etiā De⁹ noster iure potest plerumque adulteros appellare, iuxta id, quod Paulus scribit, 2. ad Cor. 4. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. In quem locū Caietanus ait Apostolum appellasse Deum huius sæculi rem illam cui sic aliquis adhæret diligendo, ut propter illam mortaliter peccet. Diuus etiam Augustinus assumēs auctoritatem ex illo loco Apostoli ad Coloss. 3. Auaritia, quæ est simulacrorum seruitus; ait quod omnis homo, qui reliquit iustitiam Dei propter aurum, aut pro alia creatura, à Deo dicitur fornicari, & quasi adorat tunc ipsum aurum, pro quo mandatum Dei derelinquit. Quo sensu intelligēdum est id, quod ait Poeta. Cuique Deus fit sua dira cupido. Diuus Chrysofomus aliam affert rationē, quod attinet ad auaritiam, nempe propterea eam dici idolorum seruitutem, quia sicut idolatræ venerantur idola, nec ea pro reuerentia tangere audent, sic

2.

2. Cor 4.

Caet.

Ad Coloss. 3 Aug.

Aeneid. d. 9. Chrysof.

auar.

Euth.

Ps. 77.

auarus pecunias tanquam idolum veneratur, nec eas pro reuerentia audet contingere, sed inani tantum earum aspectu delectatur. Phariseorum igitur Christus generationem adulteram appellauit, seu idolatram, quia ipso Christo, eiusque doctrina relicta, ad sua quisque comoda, tota mente inhabat. qua eadem ratione potest etiam iure optimo nobiscum expostulare, si diuina lege posthabita, sua quisque praua desideria sequatur.

3. Ceterum non caret difficultate quod Christus generationi huic signum de caelo petenti dare noluerit, cum apud Isaiam c. 7. *Isai. 7* Propheta iussus sit ad Achaz loqui sequentibus verbis. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo siue in excelsum supra, siue in infernum deorsum.* Nam cum idem Achaz impijssimus rex regnaret tunc temporis Hierosolymis, Rasi rex Syriae, & Phacec rex Israel coactis copijs, aduersus Achaz bellum mouerunt, obsederuntque Hierosolymam. Tunc vero Deus misit in occursum Isaiam, qui soluendam praediceret urbis obsidionem, regemque securum esse iuberet; & in tanti beneficij

confirmationem moneret ut signum aliquod siue in caelo sursum, siue in inferno deorsum postulareret; quod cum rex petere per summam impietatem renueret, veritus nimirum ne magna ex eo in Deum gloria redunderet, fallaciter praetextens nolle se Dominum tentare, *non petam, inquit, & non tentabo Dominum;* quod responsum, ut aduertit Diuus Hieronymus, non humilitatis fuit, sed superbiae, imò, & summæ impietatis: neque enim erat tentare Dominum tunc signum petere, cum Deus ipse ut peteret hortabatur. Iratus ergo Dominus promisit se daturum aliud signum longè prestantius, ex quo multo maiorem ipse gloriam consequeretur, & honorem, conceptum videlicet, atque ortum Messiae ex Virgine. *Propter hoc, inquit, dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet, &c.* cum igitur Deus dederit signum regi Achaz nolenti, quid causae esse potuit quod hic phariseis negauerit postulantibus signum de caelo?

Achaz idolorum cultor erat, Deique omnipotentiam obscurare nitebatur; Deus autem proprium

Hier.

Isai. 7

4.

Pro Feria quarta post primam Dominicā. 63

prium solet semper honorem defendere, nec patitur vnquam omnipotentiam suam periclitari; vnde cum Achaz nollet signum postulare, ne Dei omnipotentia, & gloria manifestaretur, propter hoc, inquit Isaias, dabit Dominus ipse vobis signum: quo scilicet, & tua impietas o Achaz arguatur, & diuinæ potentia magnitudo mirabiliter ostendatur. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Extat in hanc sententiam locus apud Daniele cap. 3. elegantissimus, cum scilicet tres illi adolescentes hebræi Sidrach, Misach, & Abdenego statuam auream, quam erexerat Nabuchodonosor, adorare neglexerunt; quos vt cōpelleret rex, fornace ignis ardentis minabatur. Et quis est, inquit, Deus, qui eripiat vos de manu mea? tres autem illi adolefcētes cum regis superbiā, & blasphemiam audiissent, non oportet, inquit, nos de hac re respondere tibi. Este negocio he de Deos, elle terā cuydado de tor nar por sua honrra: Ecce enim Deus noster, quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis. o rex liberare: quod si noluerit, notum fit

Dan.
3.

tibi, quod Deos tuos non colimus. Eadem quoque fiducia Iosue. cap. 7. Deum allocutus est: cum enim mitteret tria pugnantorum millia ad expugnandam ciuitatem Hai, percussusque esset exercitus ab habitatoribus Hai, scidit vestimenta sua dicēs. Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanē fluum, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? quid dicā videns Israelem terga vertentem? audient Cananæi, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? Quæ cum dixisset coram Domino Iosue, vide quid Dominus responderit, vt refertur in cap. sequenti. Ne timeas, inquit, tolle tecum omnem multitudinem, & ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manum tuam regem eius, & populum, urbemque, & terram. Quasi hoc fecerit Deus ne nomen eius esset gentibus in opprobrium: dicerent enim eum non potuisse populum suū liberare. Dedit igitur Deus signum Achab contradicenti, ad ostendendā suæ potentia magnitudinem, quia voluit eam omnibus fieri manifestam. Cur autem

Iosue
c. 7.

videt
Iosue

tem

rem pharisæis signū de cœlo petētibus dare noluere, videam⁹.

Primò dicendum est cum D. Hieronymo Christum noluisse pharisæis signum de cœlo petētibus dare; quia non credere volebant, sed calumniari. *Qui calumniaris, inquit, ea, quæ oculis vides, manu tenes, vilitate sentis (loquitur de miraculis) quid facturuseesses in his, quæ de cœlo veniunt? Atq; responderes & magos in Aegypto multa de cœlo signa fecisse.*

Secundò. signum de cœlo dare noluit, quia stultè pariter, & inutiliter petierunt. Solet Deus miracula operari, vel ad ostendendam suam omnipotentiam, vel ad cōmunicādam suam bonitatem; vnde cum præuideret fore vt nec eis bonitas eius proficeret ad salutem, nec omnipotentia ad humilitatem, signum dare noluit, quod petierūt. Meritò Chrylostomus inuehitur in ipsos sequentibus verbis. *Poterit ne, inquit, quidquam non dico impium magis, sed stolidius istis inueniri, qui etiam post hoc, tantaque signa, quasi nullum signū esset factum, dicere audent. Volumus à te signum videre? cuius igitur gratia, ita stulte loquuntur? profecto ut rursus carpant. Ac ideo Evangelii-*

sta quasi admirans ait, tunc. Tunc istud, quando significat? quando scilicet flexos iam esse oportebat.

Tertiò. noluit illis dare signū de cœlo petētibus, ne, vt solebant, Dei bonitate abuterētur: visis enim tot signis, in infirmorum curatione, demonū à corporibus eiectione, &c. nunquā in melius proficiebāt, imò semper deteriores facti, miraculis abutebantur. Et Spiritui Sancto resistētes, nullis signis, nullis miraculis, nulla regni cœlorū prædicatione credere voluerunt. Vnde Act. c. 7. sic eos, & eorum progenitores beatus Stephanus arguebat. *Vos, inquit, sēper Spiritui sancto resististis: sicut & patres vestri, ita & vos. Hoc autē dicebat quia ipsū prædicantē Iesū, & regnū eius audire renuebant; imò & aures suas cōtinuerunt, & impetu facto vnanimiter in eū, extra ciuitatē eiecerūt, ac lapidibus obruentes occiderunt. Eius autē necē, & aliquorū, qui erant à Christo mittendi, vt Evangelij veritatē iisdē annuntiarent, cum præuideret Dñs Iesus, Ecce ego mitto ad vos, inquit, prophetas, & sapiētes, & scribas, & ex illis occideris, & crucifigetur, & flagellabitur in synagogis vestris, &c.*

Hier.

Chrylost.

Act. 7

Matt. 23

Be-

Pro Feria quarta post primam Dominicā. 64

Benignus ergo Dominus cū,
vt notauit Aug. multa saepe neget
6. propitius, quæ concederet iratus,
signum pharisæis petentibus ne
gavit ne fierent deteriores: sicut
enim lutum solis calore durescit,
cera verò eiusdem solis feruore
liquefit: ita boni, Dei beneficijs
maius proficiunt, quibus mali
solent fieri deteriores. Quid
facimus, inquit ipsi, Ioānis. 11.
Ioā. 11. quia hic homo multa signa
facit. Videte prauā generationis
adulteræ conditionē. Quid dicitis
genimina viperarū? multa signa
facit. Ideo ergo credendus, ideo
adorandus, ideo super omnia
diligendus. Quid facitis ipsi
scitis; vel potius id, quod est
maximè dolendum, in pœnam
tanti sceleris, nescitis; quid
vero vobis faciendum esset
docuit Petrus Apostolus Act. cap.
3. Pœnitimini, inquit, & baptizetur
unusquisque vestrū, & conuertimini,
vt deleantur peccata vestra. Verum
quia generatio praua, & adultera
signum querit, non vt conuertatur
in melius, sed vt peruertatur in
peius, signum non dabitur illis.
Dabuntur quidem adhuc multa
signa, non tamen illis ne fiant
deteriores.

Cauemus & nos, fratres, ne
parui facientes Dei beneficia,
ingrati animi notam subeamus
cum ijs, de quibus Dominus
Isaia. 1. cōquæritur tactus quasi
dolo cordis intrinsecus. *Isai. 1.*
Audite, inquit, cœli, quæ loquor:
audiat terra verba oris mei. Filios
enutriui, & exaltaui, ipsi verò
spreuerunt me. Cauemus, quia,
vt ait August. in lib. soliloqui. multum
Deo displicet huiusmodi vitium,
estq; radix totius mali spiritualis,
& ventus quidā desiccans, & rēs
omne, & obstruens fontē diuinæ
misericordiæ super hominē. Erubesco
equidem quoties venit in mentem
tacita illa Domini Dei expostulatio
apud Malach. c. 1. *Malach. 1.*
dilexi, inquit, vos, quæ verba per
apostrophem, seu reticētiā accipienda
sunt, vt significetur nihil non tanto
amori deberi; si mulq; indicetur
quædā Dei tacita querimonia, hoc
fēsu. semper dilexi vos, & vsq;
ad eō dilexi; tamē vos pro tali
dilectione nihil aliud quam peccata
repeditis. Quod enim querimonia
verba illa continēat patet ex
ijs, quæ subiiciuntur. & dilexistis,
in quo dilexistis nos. hoc est; tam
ingrati estis, vt amorem meū,
beneficiaq; ex eo profecta non

Isai. 1.

Isai. 1.

Malach. 1.

7.

8.

Isai. 1.

non

Annotationes in Euangelium

Chry
sost.

non agnoueritis, quin potius dixistis, in quo dilexisti nos. Melius Diuus Chrysoſtomus; tantum, inquit, in te Christi amorem, quo amore Christiane p̄ſabis? quid quid in eius obsequium erogaueris, parum est. nec si animam dederis, & sanguinem fuderis, compensabis: non enim sanguis noster proderit Christo, ut Christi profuit nobis. sed idcirco passionem nostras libenter acceptat, quia sibi fieri deputat quidquid propter se à nobis geri spectat. Consentanea habet Diuus Augustinus in libr. Meditationum suarū. Scio, inquit, quia ex hoc quod me fecisti debeo tibi me ipsum; & quia me redemisti, & pro me homo factus es, deberem tibi plusquam me si haberem. Ecce neque plus habeo, neq; quod habeo possum tibi dare sine te. Sed accipe me tuum, & trahere me ad te, ut tuus sim imitatione, & dilectione, sicut tuus sum conditione, & creatione.

8.

Diuus
Tho.

Cæterum ut iam ad Christū Phariseis signum de cælo negantem reuertamur, notandum est ex D. Thom. 2. 2. q. 107. ar. 7. ubi quærit, sintne beneficia ingratis hominibus subtrahenda; notandum est, inquam, ex ipsius sententia ingratis ho-

minem mereri quidem beneficij subtractionem, si consideremus quid ingratus pati dignus sit; veruntamen antequam beneficium subtrahatur, prius debes te medicum exhibere, ut scilicet iteratis beneficijs ingratitudinem sanes. Quod si ex beneficijs multiplicatis ingratitudinem augeat, & peior fiat, tūc est à beneficiorum exhibitione cessandum. Quare cum timore, & tremore debet vnusquisq; nostrum salutem operari, ne scilicet Deus aliquando accepta beneficia negligentibus subtrahat etiam futura, sicut fieri videmus ijs, de quibus in Euangelio ait. Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona propheta, &c. qui enim male utitur beneficijs acceptis, dignus est ut priuatur accipiendis, ideoq; signum non dabitur illi.

Quinto, & ultimo. Noluit illis signum de cælo dare, quia non ut necessarium, & utile, sed curiosè illud videre voluerunt: Christus vero curiositatē odit, nihilque non operatur vel necessarium, vel utile ad salutem, iuxta id, quod dicitur Isaia. 48. *Ego Deus tuus docens te utilia.*

Quo

Pro Feria quarta post primam Dominicā. 65

Quo loco notauit Diuus Hieronymus, quod Deus utilia dixerit, & non subtilia. Quemadmodum enim Deus in necessarijs non deficit, sic in superfluis non vult proficere; quin potius maximè solet irasci ea excusiositate, seu vanitate postulanti-
bus, sicut videre est in Psal. 77. petentibus enim filijs Israel in deserto coturnices ad edendū, dedit quidem Deus sicut petierant; veruntamen adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos; non alia de causa, vt notauit Theodor. in quæst. 19. super caput Num. 11. quam quia cum abūdarent carnibus bouum, arietum & ouiuū, &c. appetitio gulæ, subministrauerat illis desiderium coturnicum, quas petierūt; verum, vt Deus ostenderet nobis in illis hoc sibi maximè displicere, adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.

Ex huiusmodi verò interpretatione loci, apertè docemur ea solum quæ sunt necessaria, vel utilia ad salutem, à Deo esse absolute postulanda: cætera verò; nempe bona temporalia, diuitias, honores, vitæ longitudinē, corporis sanitatem, etsi quæ sūt

alia, vel nullo modo, vel certe conditionaliter esse petēda, videlicet, si expedire visa sint ad salutem: ait enim Leo papa. Nos quid oremus, sicut oportet nescimus, & utilius nobis plerumque est ne fiat, quod volumus. Vnde & Deus iustus, & bonus quando ea, quæ nocebunt petuntur, negando miseretur. Quare Aug. tract. 73. in Ioannem. Mala vsurus, inquit, eo, quod vis accipere, Deo potius miserante non accipis: proinde si hoc à Deo petitur, vnde homo laudatur ex auditus, magis metuendū est, ne quod posset non dare propitius, det iratus. An non vidimus Israelitas malo suo impetrasse, quod culpabili concupiscentia petierunt? 2. etiam ad Cor. 12. rogauit Paulus auferri à se angelum sathanæ, nec tamen impetrauit: nouit enim medicus quid pro sua, & quid contra suam salutem poscat agrotus: & ideo contraria poscentibus non facit voluntatem, vt faciat sanitatem.

Beatus Hieronymus super illud Matth. 9. Obtulerunt ei paraliticum, sic ait, Re vera quando medicus languentium, aut querit, aut respicit voluntatem, cum semper contraria desideret, & requirat agrotus? hinc est quod nunc

Annotationes in Euangelium

ferrum, nunc ignem, nunc amara pocula ingerit, & apponit inuitis, ut curam sani sentiant, quam sentire non poterant agrotantes. O si Vellimus mentis nostrae infirmitates videre; ut animam nostram virtutibus destitutam, iacere in vitiorum stratibus cerneremus. Lucret nobis quemadmodum Christus, qui nostras quotidie noxias despicit voluntates, & ad salutaria nos remedia pertrahit, ut purget inuitos.

10 Ex dictis satis apparet quam fuerit Christus Dominus cum pharisæis etiã in puniendo misericors: potuit enim illis dare sicut petierant, signum de cœlo, sed quia vel ad curiositatē, & non ex necessitate petebāt, non ut sanarentur, sed potius ut calumniarentur, Saluator noster dare noluit, ne deteriores facti, acrius à Deo punirentur. Hanc verò Dei beneuolam in omnes conditionem, & naturam nouerat ille, qui dixit. *Cum iratus fueris Domine misericordiae recordaberis.* Abac. 3. itemque regius Vates in Psalm. 76. eandem agnouit dicens, *Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira suas misericordias suas?* In quem locum obseruauit

Abac. 3.
Psalm. 76.

Theodoretus verbū illud, *continebit*, hoc sensu. *non claudet misericordiae fontes, quodam veluti pariete iræ.* Theodoret.

Vsq̄ue adeò autem Deus irā suam misericordia temperat, ut si semel supplicium inferat, bis conferat misericordiam, ut notauit D. Ambrosius oratione de obitu Theodosij, in locum illū Psalm. 114. *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster misereatur.* Bis, inquit, misericordiam posuit, semel iustitiam: in medio iustitia est, gemino septo inclusa misericordiae. *Superabundabant enim peccata, superabundet ergo misericordia; apud Dominum omnium abundantia est.* Ambr. Psalm. 114.

Denique cum Deus in crimina nostra animaduertit, ea se per citra condignum solet punire, iuxta quod ait Propheta Ps. 102. *Non secundū peccata nostra fecit nobis: neque secundū iniquitates nostras retribuit nobis.* Id, quod hodierna die in Euāgelio euidenter apparet: cū enim pharisæi isti ob infidelitatē, & blasphemias digni essent, qui extremo supplicio punirentur, Christus tamē sola increpatione contentus, licet eis signum de cœlo negauerit, non hoc ut puniret

Psalm. 102.

fe-

fecit, sed potius, ut dictū est, ne acrius punirentur. Insuper & aliud signū promittit longe præstantius, quo eius diuinitas simul & misericordia comprobatur. *Signum, inquit, non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta: sicut enim fuit Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, sic erit filius hominis tribus diebus, & tribus noctibus in corde terra.* Quod vero in hoc Ionæ signo Christi diuinitas, simulque eius misericordia ostendatur, mox videndum.

Ion. 2

I 1

Ps. 11

Psal.

101

Signum esse diuinitatis lacrymis flecti, & gemitibus delinquentium, probant in primis illa Dei verba *Psal. 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Id, quod ex sententia Augustini in persona patris accipiendum est, qui propter inopes, & pauperes, id est, ut ipse interpretatur, *inopia, & paupertate bonorum spiritualium egentes, filium suum dignatus est mittere.* *Psalm. etiam 101. sic habes scribantur hac in generatione altera, & populus, qui creabitur laudabit Dominum: quia prospexit de excelsis sancto suo: ut audiret gemitus cōpeditorum, ut solueret filios inter-*

emptorum. Cognouit hoc, ipsum Iacob nocte illa, qua angelus luctabatur cum eo vsque mane. *Gen. 32. Vidi Dominum, inquit, facie ad faciē, & salua facta est anima mea.* Interrogo ego Iacob. *nōne cū angelo luctatus es? unde ergo cognouisti esse Deū, ut diceres. Vidi Dñm facie ad faciē?*

Gen. 32.

Isidorus existimat luctam illā inter angelum, & Iacob fuisse figurā illius cōtradictionis, quæ futura erat inter Christū cuius figura angelus ille fuit, & synagogam, quā exprimebat Iacob.

intellexit ergo *Iacob in angelo diuinitatem*, in eo, quod ad lacrymas eius flecteretur, nec eū occidere voluerit, cum posset, plusq; pōderis, & momēti apud eū habuerint eius lacrymæ ut parceret, quā synagogæ infidelitas ut eā puniret sicut eius peccata merebantur. Et hoc est, quod legimus apud *Oseam cap. 12. de lucta Iacob, prauauit ad angelū; fleuit, & rogauit eum.* Ostenditur ergo Christi diuinitas in signo Ionæ, quia eo predicāte placatus est Deus ad gemitus gētis illius, cū tantis essent sceleribus cōtaminati. Qua etiam ratione Tertullianus in lib. de patiētia, arguit Iudæos, quod Christū in

Isidorus

Oseæ 12

Tertul

Annotationes in Euangelium

Cruce tanta eos patientia sustinentem; & latroni gemibundo, regnum cœlorum promittentem, pro Dei filio recipere noluerunt; maxime cum ipse gemitus eorum susceperit, qui reuertebantur percutientes pectora sua. Hinc, inquit, vel maxime à Iudæi Christum agnoscere debuissetis: patientiam enim huiusmodi, nemo hominum perpetravit.

Vnde merito Saluator noster pharisæos comminatur di-

cens, *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac; ad eius scilicet condemnationem: illi enim crediderunt Ionæ prædicanti, isti vero credere noluerunt Saluatori, signis maximis doctrinam suam confirmanti. Denique Christi diuinitas ostenditur ex signo Ionæ, quatenus ipse Ionas fuit figura Christi post triduum ab inferis resuscitati, quo miraculo manifestè eius diuinitas comprobatur.*

ANNOTATIONES

IN EVANGELIUM

Pro Dominica secunda in
Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit eos in montem.

Matth. 17.

I. **H**anc apud legem inuiolabilem esse constat, ut non coronetur nisi, qui fuerit certamine congressus; de qua lege intelligendus est locus ille Apostoli 2. ad Timoth. 2. *Non coronabitur nisi, qui legitime certauerit.* Non solum vero Paulus, sed omnes etiam Apostoli fuerunt huius legis veluti præ-

cones, ut neminem latere posset, sed utique terrarum esset nota. Vnde Apostolus, & Euangelista Ioannes in suis reuelationibus cap. 1. eius se legis participem fuisse sic testatur. *Ego Ioannes frater vester, particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu.* Vbi primò notandum est Ioanem priò dixisse se participem

in

2. ad
Tim.

2.

Apoç.

1.

107

T

in tribulatione, quam in regno: quia, qui regni particeps esse voluerit, prius debet esse particeps tribulationis, iuxta illud Pauli 2. ad Tim. 2. *Si sustinebimus & conregnabimus.* In quē locum sic ait Rupertus. *Hoc ius legale est apud cœlestem regem: ait enim Luc. 22. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis; & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, &c.*

Rup. Luc. 22.

Secundò notandum est Ioānem predicare se participem in tribulatione, quia cum sit discipulus ille, quem diligebat Iesus, nec tamen sic ab hac lege fuerit exēptus, nec aliter regno potitus est. Imo nec ipsemet Iesus cum esset vnicus, & naturalis hæres regni cœlestis, ab hoc legali iure se exemit. Audiamus Petrum in prima sua epistola. c. 1. *Scrutans, inquit, in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, &c.* Vbi glossa sic exponit posteriores, id est, præcedentibus tribulationibus comparatas. Tertullianus etiam lib. de corona militum, cap. 14. ad illud, quod dicitur in Euangelio de Iesu, quod post resurrectionem,

i. Petri 1.

Tert.

nem, fauum mellis comedit coram discipulis, *Christus, inquit; fauos post fella gustavit; nec ante rex gloria à cœlestibus salutatus est, quam rex Iudæorum præscriptus in cruce, & ita gloria, & honore coronatus.* Idem Tertullianus lib. de baptismo cap. 8, ait figuram huius fuisse Iacob, quādo benedictionem filijs Ioseph impertiuit decussatis manibus, hoc est in crucis formam positus. Denique Gregor. Nazianz. oratione 1. in Iulianum sic ait. *Coronæ in eos comparantur, qui certamine congregiuntur, non qui sursum sedent veluti spectatores.* Qua ratione Christus Dominus ostensurus gloriosā sui corporis transfigurationem Petro, Iacobo, & Ioanni, duxit illos prius in montem, & tunc post laboriosum montis ascensum, *transfiguratus est ante illos.*

Naz.

In montem excelsum seorsum. Scrutari libet vtrum aliquid mysterij lateat in verbo, *seorsum.* Videmus enim quod Christus saluator noster patrem oraturus montem ascēderit, seorsūq; à turbis locum elegerit, sicut patet Luc. 9. vbi Euangelista de illo sic ait. *Ascendit in montem ut oraret.* Ioannes etiā Euangelista

2.

Luc. 9.

Annotationes in Euangelium

refert quod facto miraculo in deserto de quinque panibus, & duobus piscibus, cum cognouisset Iesus, quia venturi essent homines illi, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Non est ergo credendum Euangelistam otiose dixisse, in montem excelsum seorsum. Audiuius verbum, assignemus mysteriū. He muto pera estimar pera ne gocear cō Deos, o lugar apartado. iuxta illud Osee 2. Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vbi verbum lactabo, idem est, quod decipiam; id, quod expresse colligitur ex illis verbis Prouerb. 1. *Si te lactauerint peccatores, id est, si te decipere tentauerint, ne acquiescas eis.* Iuxta quam expositionem intellige illud Iob, cap. 31. *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & lactatum est in abscondito cor meum; vulgatus legit lætatum, significat autem idem ac si diceret, si deceptum est cor meum, soli, lunæque diuinitatem tribuēdo, sicut & gentes deceptæ faciunt.* Osee ergo locus sic explicatur, *lactabo eam.* Id est, blandimētis afficiam, & quasi decipiam, & sic in solitudinem ducam. & lo-

quar ad cor eius, id est, blandē tra-
ctabo. Vnde & de Isaac refert
diuina scriptura Gen. 24. quod
egressus est ad orandum in agro.
Huc etiā pertinet illud Ps. 101.
Similis factus sum Pelicano solitudinis tecto.

Ne vero aliquis solitarium
reputet otiosum, vide quid phi-
losophetur Ambrosius. 3. off. c.
1. *Non primus, inquit, scipio sciuit
solus non esse, cum solus esset. Sciuit
ante ipsum Moises, qui cum ta-
ceyret clamabat: cum otiosus staret
preliabatur: adeo otiosus vt manus
eius alijs sustinerent: nec minus quā
ceteri negotiosus, qui otiosis mani-
bus expugnabat hostem, quem non
poterant vincere, qui dimicabant.*
Quando ergo iustus solus est, qui
cum Deo semper est? His igitur de
causis Christus Iesus cum disci-
pulis montem excelsum seor-
sum ascendit, vt oraret.

Vel etiam, vt notauit Damas-
cenus, in montem seorsum ascen-
dit, vt à nullo alio conspici pos-
set: *Nihil enim, inquit, faciebat ad
gloriam, sed omnia ad vtilitatem.*
Fuit autem non minima vtili-
tas, de cordibus discipulorum
tollere crucis scandalum, vt ait
Leo Papa, *Ne conturbaret eorum
fidem voluntariæ humilitas pas-
sionis*

Osee
2.

Prou.
1.

Iob.
31.

Gen.
24.
Psal.
101.

3.
Ambrosius

Damas-
cenus

Leo

Matt.
16.
 sionis, quibus reuelata esset abscon-
 dita excellentia dignitatis. Itaque
 hoc mysterio actum est vt Apo-
 stoli in fide circa Christi diuini-
 tatem confirmarentur: Petrus
 enim qui Christi diuinitatem
 confessus fuerat Matth. 16. po-
 stea prædicante Domino suam
 passionem, *absit, inquit, à te Do-
 mine, non erit tibi hoc;* quem Chri-
 stus acriter reprehendit; vt ve-
 rò eius, & aliorum infirmitati
 subueniret, statim, vt refertur
 c. 17. suã ipsius corporis gloriã
 ostendit, vt nec propter infirmi-
 tatẽ passionis, de ipsius diuinita-
 te dubitarent, nec propter diui-
 nitatis celsitudinẽ crucis oppro-
 brium exhorrescerent, cū illud
 talis haberet exitum gloriæ.

4.
 Prius autẽ quam ad aliud cõ-
 textus euãgelici verbum expli-
 candum progrediamur, notan-
 dum est primò. Christum Iesum
 voluisse corpus suum sanctissi-
 mum tam excellenti gloria pri-
 uare cū ei ex diuinitatis coniũ-
 ctione deberetur, idq; non alia
 de causa, quam quia humanæ
 utilitati, & cõmodo ita expedire
 videbatur: nos autem homũcij
 viles, & abiecti, ne minimã qui-
 dem mundi gloriã volumus ip-
 sius gratia, vel oblatam contẽ-

nere, vel ablatam æquo animo
 tolerare. Et fortè ipse Dominus
 Iesus cū transfiguratus esset co-
 ram tribus Apostolis, cū Moise,
 & Elia de suã ipsius excessu pas-
 sionis loquebatur; vt videlicet
 cūctis hoc legentibus in perpe-
 tuã reduceret memoriã, quãta
 corpus suũ gloria miraculosè
 priuauerit, idque vt pati posset,
 pro redẽptione mūdi, & salute.
 Fuisse verò hoc maximo factũ
 miraculo, satis ostendunt verba
 Damasceni, qui agēs de Christi
 transfiguratione, *Non externa,*
Dam.
*inquit, gloria illi corpori accessit,
 sed interna ex Verbi deitate, modo
 quodam omnium sermonem exce-
 dente, ipsi personaliter vnita.*

Secundò ad nostram ipsorũ
 confusionẽ notandum est, Deũ
 in suis delitijs nostri numquam
 obliuisci; nos autem in nostris,
 si quæ sunt, nihil minus cogita-
 mus, quam ipsius bonitatem in
 nos, & patiẽtiam; imò nulla alia
 ratione, quam afflicti, ærũnisq;
 maximis attriti, opem ipsius, si-
 ne qua viuere non possumus,
 aliquo modo imploramus. In
 cuius rei figuram Genes. 40. Gen.
40.
 postquam Ioseph somniũ præ-
 positus pincernarum interpreta-
 tus est, sic eum precabatur.

Annotationes in Euangelium

5. *Memento mei cum tibi bene fuerit.*
Ec. Rem difficilem postulasti,
Ioseph, sanctè. Si malè habuerit,
tunc tui ipsius meminisse iuua-
bit, obnixèque contendet, vt
velis ei iterum subuenire: at
vero cum bene illi fuerit, nihil
minus, quam de te ipso cogita-
bit. Vnde & statim subdit diui-
na scriptura. *Et tamen succedenti-
bus prosperis, præpositus pincerna-
rum oblitus est interpretis sui.*

Matt.
8.

Huc etiam spectat id, quod
refert Matthæus Euangelista c.
8. *Ascendente enim Iesu in nauic-
ulam secuti sunt eum discipuli eius;
& ecce motus magnus factus est
in mari, ita vt nauicula operiretur
fluctibus, ipse vero dormiebat: et-
quidem nauigantibus secundo
curso, non fuit, qui Christi opè
imploraret; at vento contrario,
cum vidissent nauiculam flu-
ctibus operiri, suscitauerunt il-
lum dicentes, Domine salua nos:
perimus.* Eodem capite refert
Euangelista curasse Christum
in regione Gerasenorum duos
illi oblatos dæmoniacos, sed
quia dæmones obtenta ab illo
licentia in porcos intrandi, eos-
dem in mare demerserunt, tota
ciuitas illi obuiam exiens roga-
bat vt transiret à finibus eorū.

Vbi notandum quòd ex tota
multitudine solum duo à dæ-
monibus attriti eum quæsierūt,
cæteri vero cum bene haberēt,
non solum non quærebant, sed
etiam vt abiret rogare cęperūt.
Væ miseris, qui ne porcos amit-
terent, Deum demittere ma-
luerunt. Hi mihi similes per om-
nia videntur prodigo illi, qui vt
porcos pasceret, patrem amisit;
et quidem immunda animalia
merito pascebat, qui viuendo
luxuriose externos sensus im-
mūdis operibus paulòante fue-
rat oblectatus.

Denique, vt plurimum, fla-
gellis Deus nos ad se venire cō-
pellit. Id, quod fecisse legimus
Absalō, qui cum acerfisset Ioab,
ipseque venire ad eum nollet,
succendi iussit segetes eius, &
qui noluit venire rogatus, suc-
censis agris, venit compulsus.
2. Reg. 14. longè aliter Deus no-
biscum agere consuevit, qui nō
vocatus accedit, expulsus non
longè recedit, nec contemptus
venire contemnit: sic enim no-
stram videtur rem agere, vt
vel in gloria sui corporis quasi
oblitus sui, cum Moyse, & Elia
de nostra redemptione loque-
retur.

2. Reg.
14.

Ecce

Ecce apparuerunt eis Moyses, & Elias loquentes cum Iesu.

6.
Diuus
Tho.

Diuus Thom. 3. p. q. 45. ar. 3. notauit conuenienter Moysen, & Eliam transfigurationis testes fuisse inductos: *Christus enim transfigurari voluit, ut suam hominibus gloriam ostenderet, eosdemque ad gloriam corporis, & animæ desiderandam prouocaret. Ad gloriam autem beatitudinis adducuntur homines per Christum, non in solum, qui post eum fuerunt, sed etiam, qui præcesserunt. Vnde eo ad passionem properante, tam turba, quæ sequebatur, quam quæ præcedebant, clamabant, Osanna, quasi salutem ab eo petentes. ideo conueniens fuit ut de præcedentibus ipsum, testes adessent Moyses, & Elias; & de sequentibus ipsum, Petrus, Iacobus, & Ioannes; ut in ore duorum, vel trium testium staret hoc verbum. Hæc D. Tho. Prætereà apparuerunt ibi Moyses, & Elias, quia Moyses legem dedit, Elias verò pro gloria Domini fuit æmulator; vnde per hoc, quod simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum accusantium Chri-*

stum tanquam legis transgressorem, & blasphemum, Dei gloriam sibi vsurpantem. Denique obstruuntur ora Iudæorum apud quos tanti ponderis & momenti erat auctoritas ipsius Eliæ, ut si ipse Christum Dei filiū esse testaretur, eo ipso omnes vel inuiti tacerent: fuit enim honoris diuini accerrimus zelator in tantum, ut occidere non dubitauerit omnes prophetas Baal, cui prophetæ ipsi honorem diuinum tribuebant.

3. reg.
18.

7.

Accedit quod clamante Iesu in Cruce. *Eli, Eli, lamashabatani;* aliqui non bene intelligentes quid diceret, dixerunt, *Eliam* Matt. 27. *vocat iste. Tunc occurrens vnus acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, ut daret ei. Cæteri vero dicebant. sine videamus an veniat Elias liberās eum. Pro huius verò loci expositione notandum est, acetum illud vel dari tunc temporis, ut citius, patiens moreretur; vel ut diu viuere posset; hoc est vel ille spongiam aceto plenam ori eius obtulerat ut mortem acceleraret, vel ut vitam differret: si primum, dicendum est, quod voluerunt illum citius occidere, ne veniens Elias, quem vocari*

Matt.

27.

8.

Annotationes in Euangelium

cari patabant, Christi diuinitatem restaretur, cuius auctoritate omnes eum tanquam Deum venerarentur; si verò dandum sit secundum; tunc verba illa, *Sine videamus an veniat Elias liberans eum*, talem sensum habebunt quasi diceretur. Ne mortem acceleres, nostra enim maximè interest expectare, & obseruare an Elias vocatus veniat liberans eum: neque enim veniet quippè qui falsos Deos nūquam coluerit. Hæc autem cū præuideret Saluator noster, quādo, inquit, ita se res habet, ego factum præueniam, comprehendamque eos in astutia sua; non solum Moyses, sed Elias quoque veniant in montem Thabor: audiant patris vocem, *hic est filius meus dilectus*, &c. vdeant etiam corporis gloriam, testificenturque ad Iudæorum confusionem, se & vocem Patris de cælo allatam audiuisse, & gloriam quoque ipsius filij vidisse, *Gloriam, inquam, quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.*

8.

Prætereà. Voluit Saluator noster vt in eius transfiguratione Moyses, & Elias inuenirentur, participesque facti claritatis ip-

sus ab Apostolis cernerentur, vt ipsi visa conseruorum gloria magis ad toleranda certamina confirmarentur; id, quod Damascenus his verbis significauit. *Oportebat ipsis, conseruorum suorum, ac Dei famulorum gloria, animique fiducia conspecta, Domini benignitatem, ac indulgentiam admirari, atque zelum inde maiore concipere, & ad suscipienda certamina confirmari, &c.* Et quidem Dominus Iesus hac de causa inter alias iam assignatas, voluit transfigurari, nempe vt nos omnes magnitudine præmiorum confirmaremur, & ad currendam mandatorum eius viã sicut gigantes exultaremur. Quantum verò valeat præmij magnitudo ad confirmandos hominū animos in laboribus perferendis, manifestè apparet ex eo, quod David adhuc puer, & in ermis cum Goliath bellatore ab adolescentia, qui vniuerso populo Israelitico terrorem incutiebat, in singulare certamen exire non dubitauerit: audierat enim quod ditandus esset diuitijs magnis, insuper & regis filiam in vxorem accepturus vir ille, qui percuteret Phylisthæum. Quare David vt magis

Dam.

1. Re.
17.

gis

gis aduersus eum confortare-
tur, iterum, atque iterum in-
terrogabat priusquam aduer-
sus eum in præliū exiret. *Quid
dabitur viro, qui percusserit Phy-
listheum?*

Huc etiam pertinet locus il-
le Iob. cap. 6. *Quæ est fortitudo
mea vt sustineam, aut finis meus
vt patienter agam?* idem enim
fuit dicere quis est finis meus,
ac si diceret, quæ merces, quæ
retributio laborum, quos susti-
neo? Possetque responderi san-
cto Iob. si tantum scire iuuat,
aut etiam gustare laborum tuo-
rum præmium, & mercedem,
interroga Moysen, & Eliam,
& dicent tibi. Hi namque in
monte Thabor ex solius con-
sortio claritatis Christi, cuius
facies resplenduit sicut Sol, ve-
stimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix, ita participes fa-
cti sunt claritatis ipsius, vt Euā-
gelista Lucas dixerit de iisdem,
quod erant visi in maiestate, vel
vt alij verterunt, *visi in gloria.*
Augustinus in quodam sermo-
ne de gloria cœlesti, sic ait.
*Tanta est dulcedo futura gloria,
quod si vna gutta in infernum de-
fluere, totam damnatorum ama-
ritudinem dulcoraret.* Estque hoc

adeò verum, vt diues ille posi-
tus in tormentis, non vrceum,
sed guttam aquæ petierit, quia
nimirum ea sufficeret si dare-
tur, ad refrigerandam linguam
in qua cruciabatur: ait enim
Diuus Bernardus in sententijs
suis. *Si omnium hominum lingue
simul essent, & mihi loqui vel-
lent de gloria, quam animæ bonæ
habiturae sunt, citius in narran-
do deficerent, quam vel minimam
partem illius gloriæ exprimere pos-
sent.* Vnde Paulus postquam
raptus est vsque ad tertium cœ-
lum, solum ait, se vidisse arca-
na Dei, quæ non licet homini lo-
qui. & secundo ad Corinthios
quarto, cum vellet in tribula-
tione positos magnitudine præ-
mij consolari, solum dixit eos
æternum gloriæ pondus esse
consecuturos. *Id, inquit, quod
in presenti est momentaneum, &
leue tribulationis nostræ, supra
modum in sublimitate, æternum
gloriæ pondus operatur in nobis.*
Vbi obseruanda est elegans A-
postoli antithesis, nimirum,
id, supra modum, in præ-
senti, in sublimitate: momen-
taneum, æternum: leue, pon-
dus: tribulationis, gloriæ, ope-
ratur. Denique ipsemet Chri-
stus

Bern.

2. Cor
4:

Luc.
2.

Aug.

Annotationes in Euangelium

Christus noluit exprimere magnitudinem gloriæ, quam præparauit diligentibus se, sed nomine generali dixit. *Merces vestra multa est in cælis.* Matth. 5.

Matt.
5.

Quare non indicas Domine quanta sit: sic enim homines magis allicerentur? quia non potestis portare modo; sufficiat scire quod magna est.

Domine bonum est nos hic esse. &c.

10. **E**X sacri Euangelij lectione constat, Saluatorem nostrum nihil omnino ad huiusmodi Petri petitionem respondisse: quod enim volebat, nec sibi poterat, nec alijs vtile esse. non sibi, quia quandiu illic esset, etiamsi gloria illa corporis Christi fruere-
tur, beatitudine tamen, seu gloria essentiali animæ, quæ consistit in visione diuina, quam modo habet, frui nequaquam poterat. nec etiam alijs, cum mundus non nisi per Christi passionem saluandus esset. Vnde merito Marcus, & Lucas Euangelistæ, historiam narrantes de Petro hæc volente, dicunt quod *nesciebat quid diceret.* Rectè ergo Christus cum vidisset intolerabilem errorem in Petri petitione, & voluntate, contineri, nihil omnino respondit. Porro escusar inconuenientes satio a petitione escusa.

cap. 5

bilem errorem in Petri petitione, & voluntate, contineri, nihil omnino respondit. Porro escusar inconuenientes satio a petitione escusa.

Ecce manifestè videmus Deum Optimum, & Maximum aliquando nobis negando, quæ petimus, misericordiam impertiri, id, quod insuper ex multis sacræ scripturæ locis ostendemus. Et in primis ex illo Pauli 2. Cor. 12. *Ter Dominum rogavi, &c.* In quem locum Augustinus sic arguetur. *Si doctor gentium dicit, quid oremus, sicut oportet nescimus, quanto magis nos? qui tamen cum sibi videretur prudenter orare ut sibi auferretur stimulus carnis, qui eum colaphizabat, quid audiuit a Domino? Numquid factum est, quod volebat? non: ut fieret, quod expediebat.*

2. Cor
12.

Ad Ro
ma. 1.

Vide quid acciderit Adoniæ ex eo, quod dari sibi Abisag sunamitidem in uxorem male, & nesciens postulauerit: videns enim quod Salomon frater eius regnaret super Israel, rogauit Bersabee matrem eius, ut ingrederetur ad regem postulans sibi Abisag sunamitidem in uxorem, quod cum fecisset, *Hæc, inquit Salomon, faciat mihi Deus,*

3. Reg.
2.

& hæc addat, qui contra animam suam locutus est Adonias Verbum hoc. Hodie occidetur Adonias. & ita factum est. Ecce videmus Adoniam mortem sibi imprudenter postulando comparasse. 3. Reg. 2.

II. Accipe & aliud in discretæ petitionis exemplum. Occisis ab Elia cunctis prophetis Baal, irata est valde Iesabel vxor regis Acab, misitque nuncium ad Eliam dicens. *Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnius ex illis. Timuit ergo Elias, & ait. Sufficit mihi Domine. Tolle animam meam.* Cui Dominus nihil respondit; imò cum in desertum veniret Elias, proiecissetq; se, & obdormiret sub umbra Iuniperi, *Ecce angelus deferens subcinericium panem tetigit eum dicens. Surge & comede: grãdis enim tibi restat via, &c.* 3. Reg. 19. Similiter & Ionas videns Deum pepercisse Ninive ciuitati, & quod exaruisset Hedera, qua tegebatur ab æstu solis, petiuit animæ suæ, vt moreretur dicens. *Melius est mihi mori, quam viuere.* Nec tamen à Deo, quod petierat impetrauit, quia hoc ei non expediebat, vn

de & nesciens petebat. Quem admodum igitur Deus neque Eliam, neque Ionam mortem deprecantes exaudiuit, quia nescientes petebant, cum vterque à Deo ad maius aliquod bonum reseruabatur: eodem modo Saluator noster Petro dicenti in monte Thabor, *bonum est nos hic esse,* nihil respondit tãquam nescienti quid diceret, vt Marcus, & Lucas adnotarunt: vere enim Petrus nesciebat cum nec sibi, nec nobis vtile esse posset, vt diximus, quæ postulabat.

Ecce manifestè apparet alius error in petitione Petri. volebat enim in exilio delicias patriæ possidere: dixerat Deus ad Adam in pœnam delicti sui, *In sudore vultus tui desceris pane tuo;* Petrus autem hæc oblitus, voluit sine labore pane illo cœlesti satiari. Dixerat Deus Eliæ dormienti, *Surge, comede, & ambula, grandis tibi restat via.* Mais auéis de suar. Non est ergo cur Petrus velit in tabernaculis requiescere, fruiq; illa gloria, qua corpus Christi tunc temporis refulgebat. Meminisse oporteret dixisse sanctum Iob, *militiam Iob esse vitam hominis super terram;* nō ergo licebat ei, vel alijs Christi

sti militibus, victoriam, & pacē potiri ante bellum.

12. Neque verò error iste Petri aliquo modo excusari potest, eo, quod videatur non absolute petere, sed cōditionaliter, dicēs *si vis faciamus*, &c. Onde parece que deixou tudo nas mãos de Deos. Quo etiā modo legimus

Matt. 26. Dominū Iesum antequā à Iudæis crucifigendus cōprehenderetur, factū in agonia sic orasse. *Pater si possibile est trāseat à me calix iste: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Non potest, inquam error Petri excusari, primò quia ab Euāgelistis apertè condemnatur dicentibus eū nescire quid dicat: deinde quia verba, *si vis*, quę eū excusare videbantur, nullo modo cū precedentibus verbis, *bonum est nos hīc esse*, sed cum sequenti verbo, *faciamus*, coniungi possunt. Verba autē Christi, quibus Patrem orabat, vt si fieri posset, calix transfiret, quo pacto sint intelligenda, non est huius loci explicare. Solum tamē dicimus Christum nihil petiisse, quod Dei volūtati repugnaret; quanuis enim sciret Deum noluisse, vt calix ab eo trāsfiret, petijt tamen id, quod natura hu-

mana peteret, si id nesciret. Inter homines autem non qui cōtra voluntatem diuinam quidquam vult, continuò peccat, sed ille tantum, qui vult contra diuinam voluntatem sibi cognitam. Addiderim hanc Christi voluntatem non fuisse plenam, atq; perfectā, sed conditionatā.

Præterea nullo modo error iste Petri excusari potest, quatenus in illo monte domos ædificare volebat, quasi ibi frigus, & æstus, cæterasq; temporis iniurias timeret, id, quod contra rationem beatitudinis est, in qua beati nulli sunt mutationi temporum subiecti; qua ratione in Apoc. c. 3. beati à Ioanne columnarum appellantur. *Qui vicerit, inquit, faciam eum columnam in templo meo.* Illud vero quod sequitur, *& foras non egredietur amplius*, ad eandē refertur immobilitatem; idemq; est, ac si diceret. Nulla vis huiusmodi columnam poterit extrahere è Domini templo. Quod verò subiungitur, *& scribam super eum nomē Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, Hierusalem nouæ, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum*; adhuc pertinet ad similitudinem columnarum; in qui-

quibus regum, ac principum, qui eas erigebant, nomina incidi solebant. Scribitur autem nomen Dei super sanctos, qui in gloria per visionem beatificam, filij Dei per adoptionem vocabuntur: quod quia supernaturalam est, non in illis, sed super illos scribi dicitur. Scribi etiam nomen ciuitatis Hierusalem, est perpetuo cœlestis illius ciuitatis ciuis appellari. Dicitur autem Hierusalem noua descēdisse de cœlo, quia multitudo electorum cum Christo in utero Virginis prædestinata descēdit; nomen etiam Christi nouū in eisdem sanctis scribetur, hoc est manifestum erit columnas illas in cœlo à Christo per passionem, qua nomen Iesu sibi promeruit, tanquam in victoriae monumētum erectas fuisse. Denique ut stabilitas prædestinationis, & gloriæ designetur, hæc omnia in sanctis, quasi in columnis firmissimis incidenda denunciantur.

14. Eandem beatorum stabilitatem signauit diuina scriptura in lapide iaspide pretiosa gemma, quæ pro fundamēto muri illius sanctæ ciuitatis ponitur Apoc. cap. 21. item cum nullum sit ma-

lum, quod beati timere possint, superflua erant omnino tabernacula, quæ Petrus in illo mōte cōfici consulebat, ut cū Moyse, & Elia, Christi gloria, seu beatitudine, ut ipse falsò existimabat, frueretur. Meritoq; Euāgelistæ de eodē Petro dixerūt. *Ipse autē nesciebat quid diceret* sicut etiam de ipso iure dici potest. *Homē pobre com pouco se alegra.*

Beati in gloria dicuntur dupliciter vestiti, iuxta illud Prou. 30. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus;* quod dicitur propter gloriam duplicē, corporis, scilicet, & animæ, quæ inter se maximè differunt: anima enim ex visione diuinæ essentiæ, fruitione eius fit beata: corpus verò ex quatuor dotibus, nēpè, claritate, subtilitate, agilitate, & impassibilitate; Petrus ergo sicut pauper ille Lazarus cupiebat famē expellere acceptis micis, quæ cadebant de mēsa diuitis; videns Christi faciē claritate perfusam; quam D. Thomas existimat nō fuisse dotē, ea tamen contentus sicut pauper famelicus, & medicus, ait. *Domine bonum est nos hīc esse: si vis faciamus hīc tria tabernacula, &c.* Quid faceret Petrus si animę beatitudinem videret, quan-

15. quādo viso Christi corpore claritate illa fulgente, iam omnia mundi oblectamenta pro nihilo faciebat? quid si iam inebriaretur ab ybertate Domus Dei, & torrente voluptatis eius potaretur? licet enim illa, qua tunc Christi corpus fulgebat claritas Solis excederet claritatem, cōparatione tamen illius, qua nunc idem Christi corpus fulget in cœlo; imō cōparatione etiam illius, qua fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei, haberi potest promicis, quæ in monte illo cadebant de mensa Domini nostri; Petrus vero tūc temporis sicut pauper cupiebat iisdem satiari: qua ratione paulò superioris dixi, de Petro dici tunc posse commune illud Prouerbum. Homo pauper, paucis cōtentus lætatur.

Non esse vero audiendam vocem Petri, neque aliorum, qui dicunt bonum esse nos hīc esse, docemus ex eo quod adhuc eo loquente, ecce nubes obumbravit eos, como quem Ihesu tapua a boca pera que não falase mais na quella materia. Et vox de nube dicens, *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* dixerat Iesus

paulò ante cap. 16. *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam.* Ipse igitur audiendus est, non vero ille, qui ut animā suam saluam faceret tabernaculis indigebat. *Ipsū audite, vox Patris est; faciamus tria tabernacula, vox carnis, & sanguinis est.* Audiamus ergo Christum salutis nostræ consulentem; non verò carnem, nos in æternam dānationem suis banditijs pertrahentem.

Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suā, & timuerunt valdè.

A Vdita de nube lucida Patris voce discipuli ceciderunt in facies suas & timuerunt. Hieronymus, & Beda putauerunt eos timuisse, quia se errasse cognouerant. Audierant discipuli Christum dicentem, *Siquis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me;* modo autem audientes vocem Patris hoc ipsū tacite confirmantem, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt ne fortè deficerent in via, crucem Domini baiulantes. Defecit Iudas in paupertatis cruce ferēda, &

att.
Matt.
19.
& volens fieri diues, in tentationem incidit, & in laquem diaboli. Defecit quoque adolescens ille, cui cum Christus dixisset, *Vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, tristis abiit, neque reuersus est.* Defecerunt Ananias, & vxor eius Saphira, de quibus Act. 5. fraudantes de pretio agri, & afferentes partem quandã ad pedes Apostolorum. Hanc ergo humanæ fragilitatem naturæ in Cruce Christi ferenda, fortè Apostoli metuentes *ceciderunt in faciem suam, & timuerunt.*

17.
Vbi notandum est, quod videntes Christi gloriam omnes in Petro dicunt, *bonũ est nos hinc esse;* cum verò agitur de cruce ferenda, omnes in faciem ceciderunt, hoc ipsum valde metuẽtes. Pera a gloria todos, para a cruz deixamos a Christo sô. Quo mysterio Euangelista Lucas dixit, quod dum fieret vox *inuentus est solus Iesus.* qui in gloria, & honore corporis sui cõstitutus Moysen, & Eliam habuerat cõsortes, solus relinquitur ad crucem portãdam, & vt solus eam baiularet, volentibus eum comprehẽdere dixit, *si me queritis finite hos abire: sic enim*

implendũ erat illud propheta, *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* & infra. *circumspexi, & non erat auxiliator; quæsiui, & non erat, qui adiuuaret; & saluauit mihi brachium meũ; & indignatio mea auxiliata est mihi.* Christus ergo solus torcular calcauit in cruce; adeò solus, vt fugientibus discipulis, solus Petrus eum sequeretur, sed à longe. Solus Iesus crucẽ portauit vsque ad montem vbi erat crucifigendus, & cũ in via quasi deficere videretur prelassitudine, nec Petrus, nec aliquis ex ceteris discipulis eius crucem portauit, vnde & opus fuit Iudæis angariare quendam Simonem Cyrenensem, vt cum Iesu crucẽ portaret. Denique ita solus, vt in cruce pendens etiam à Patre videretur esse derelictus: dixit enim; *Deus meus vt quid dereliquisti me?* quasi diceret. sic sine Pater vnigenitũ tuum dereliquis, quẽ omnes Apostoli dereliquerunt. *Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Oportuit, bone Iesu te solũ crucis arborẽ ascendisse, vt ex ipsius fructu cibares multos, quos in posterũ haberes socios passionis. Memẽto Domine te aliquãdo dixisse,

Annotationes in Evangelium

Ioan.
12.
Gen.
3:
nisi grānū frumenti cadēs in terra
mortuū fuerit ipsum solum manet;
ne igitur solus maneres oportuit
te in terram nō tantū cecidisse,
sed & solum cecidisse. Dixerat
Deus de Adamo, *Non est bonum
hominē esse solum, tulitq; vñā de
costis eius, ipso dormiente, & edificauit
eam in mulierē, quia non iudicauit bonum,
Adamum esse solum; id Paulus Apostolus
magno docet factum fuisse mysterio.
Sacramentū hoc, inquit, magnum est:
ego autē dico in Christo, & in Ecclesia.
Sacramentum igitur, seu mysteriū est
in eo positū, quod quemadmodū*

primum hominē, iubente Deo, dormire oportuit, vt haberet adiutorium simile sibi mulierē, quam Deus ex ipsius Adami costa produxit; eodem modo ne secundus homo Christus esset solus, opus fuit, Deo ita præordinante, in cruce eum mortis somnum dormire, vt inde surgeret Ecclesia, totque haberet Christus filios passionis suæ socios, gloriæq; ipsius consortes, vt verum esset, quod ait Ioannes Apocaly. cap. 7. *Vidi turbam magnam, quam denumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus stantet ante tronum.*

ANNOTATIONES IN EVANGELIUM, Pro Feria III. post Dominicā II. in Quadragesima.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus ad illudendum. Matth. 20.

I.
81
Quia ex abūdātia cordis os loquitur, & homines, vt plurimum, quod mente diligunt ore sonāt; manifestē colligimus Christū Iesū magni fecisse passionem suā, & mortē, quippē qui eā seper ante oculos habuerit, sæpe de ipsa sermonē faciens ex abundantia cordis. Id autē mul-

to ante tempore Hieremias tre-
norum c. 3. non obscure prophetauit dicens. *Dabit percutiēti se maxillā, saturabitur opprobrijs.* Vbi notandū est verbū, saturabitur; quasi dixerit Hieremias præuidēs Christū passionis futuræ opprobria, iniurias, & cōtumelias esurientē, saturabitur. Messias ille venturus aliquādo op-

Tren
3.

opprobrijs, quæ semper esurijt. *Qua eadē metaphora vsus est regius Vates in Ps. 109. cū eundem Saluatorem mundi sitiēti viatori cōparauit. De torrēte, inquit, in via bibit: propterea exaltabit caput. Quo loco Propheta videtur considerasse Christum quasi viatorē estu laborantem, qui cum in torrentē incidit, nō potest prę siti sibi tēperare, quin auidissimē bibat. Eam igitur ob causam Christus quia maximē optabat pati pro nobis, dicitur in via instar viatoris, de passionis torrēte bibisse; quasi tormēta tanquam aquā, amore videlicet exestuans appeteret sitibūbus: ijs enim quasi frigida ardētem patiēdi sitim restinguere videbatur: quæ tamen tanta in eo fuit, vt immensis suæ passionis aquis, omnino extingui nō potuerit, quin potius in cruce adhuc sitiens dixerit Sitio.*

Ad solatium verò eorum, qui Christi communicant passionibus, notandum est cum D. Hieronymo id, quod sequitur, propterea exaltabit caput: vere enim Christus quia de passionis torrēte bibit, caput exaltauit, iuxta id, quod Paulus scribit ad Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit

illum. Vnde 1. Petri c. 1. gloria corporis Christi, ipsiusq; nominis celebritas, posteriores gloriæ appellantur, quod eas ignominia crucis antecesserit, Prænūtiāns, inquit, eas, quæ in Christo sūt passiones, & posteriores glorias, &c. Memores ergo illius apostolicæ sententiæ, si compatimur, & conglorificabimur, patiētes nō deficiamus, scientes formā esse illam prophete sequutionē, propterea exaltabit caput.

Cæterum pro maiori expositione illorum verborū, de torrente inuiabit, notandū est eos qui hebraicā phrasim magis premit, in ea esse sentētia, vt existiment prophetā illis verbis significare voluisse regis Messij de suis hostibus victoriā, vaticinariq; tantā futurā in ternectionē, vt torrēs sanguinis fluat, de quo ipse bibere possit. Quo sensu dictū est in Psal. 57. Manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Eandē quoque loquendi formulam vsurpauit Balaam de Israele vaticinans. Numerorum. 23. Ecce, inquit, populus vt leona consurget, & quasi leo erigetur: nō accubabit, donec deuoret prædam, & occisorū sanguinem bibat. Igitur iuxta prædictam expositionē significare

Palm 57.

1. Petri 1.

Ps. 57.

Num. 23.

Hier.

Philip 2.

Annotationes in Euangelium

voluit Propheta Christi victo-
riā, quam quia per passionē cō-
sequutus est, merito idem Pro-
pheta addit consecutionem illā,
propterea exaltabit caput. Hāc ve-
ro capitis exaltationē, primum
per ipsi⁹ a mortuis resurrectio-
nē mundo Deus voluit manife-
stare: deinde per eius in cœlum
gloriosā ascensionē, qua gloria,
& honore nō solū est a Deo Pa-
tre coronatus, sed super opera
manuū suarū constitutus, caput
ei⁹ fuit etiā mirabiliter exaltatū.

Eric. Deinde notandū est ex Erico,
ad confirmationē eorū, qui vel
Dominicis præceptis, & cōsilijs
grauantur, vel etiam impiorum
improbitate aliquādo tribulan-
tur, Deum semper tristibus læta
miscere. Vnde & Dominus præ-
dictā suæ passionis ignominiā,
resurrectionis è vestigio futuræ
gloria euacuauit, dicēs. *tertia die
resurget.* & iure inquit *die tertia,*
quia Autor vitæ diu a morte te-
neri nō potuit, de quo Psalmista
dicit, *de torrente in via bibit,* quia
videlicet mortē nostrā in tran-
situ gustauit, & caro illius cor-
ruptionē non vidit. Hæc Eric⁹.

3. Verum non solum Christi pas-
sionem, sed & nostras quoque
solet diuina scriptura calamita-

tes fluminibus torrentibus, a
quisq; impetu suo obuia quæq; ^{Psalms}
deuoluētibus comparare. Psal. ^{123,}
123. *Cū irasceretur, inquit, furor
eorum in nos, forsitan aqua absor-
buisset nos: forsitan pertransisset
anima nostra aquam intolerabilē:
torrentē pertrāsuit anima nostra.*
Quo sensu dictum est Isaia. 10.
Quid facietis in die visitationis, ^{Is. 10.}
& calamitatis de longe veniētis?
vbi non solum significatur cap-
tiuitatem Iudæorum de longe
venturam, id est de Assyrijs, sed
etiā instar fluminis de longe de-
currētis fore rapidissimā. Sicut
enim flumē, quod de lōge fluit,
propter vim aquarum, quas in
decurso colligit, rapidissimum
est, ita diuinū supplicium quod
multa peccata antecedunt, gra-
uissimū esse solet, quia instar flu-
minis de longe fluit, multaque
peccata quasi aquas, imō & ip-
sam diuinam iram in decursu
colligere solet. Ex quo collige
quam sit periculosum in pec-
candi consuetudine persistere.
Ultimò ex prædicta regij Vatis
de Christi passione auctoritate,
notandum est, viros sanctos, &
pios iure optimo præsentis vitæ
passiones parui pēdere, quippe
quæ breuissimè torrentis instar

soleāt pertransire: torrēs enim etiam si multum videatur intumescere, quia tamen aquam habet collectitiam, & non ex fonte manētem, citò decidit, & sicatur: sic etiam vitę calamitates quasi repentē excitatę, & primo aspectu grauissimę, cito tamen Deo adiuuante, vincuntur, ac tandem dissipantur. In cuius rei figuram 3. Reg. 17. torrens ille, de quo bibebat Helias paucorum dierum spatio dicitur sic catus, quemadmodum adnotauit D. Hieronymus in Psal. 109. *Audientes, inquit, torrentes huius seculi, nolite desperare: frequenter hic torrens deficit. Videtur quidem tumescere; videtur habere aquas multas, sed citò deficit si sustineas. Vnde & Helie deficit aqua torrentis, &c. Idem significauit Petrus 1. cap. 1. dicens, Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, &c. Merito ergo Christi passio torrenti comparatur, tum quia grauissima, tum quia breuissima, sicut ipse ad discipulos cum de eius acerbitate loqueretur, addit, & tertia die resurget.*

4. Tradetur gentibus. Quod attinet ad Christi traditionem, notandum est à multis eum tradi-

tum fuisse. Tradidit namque eum in primis Deus Pater, iuxta quod ait Apostolus ad Rom. 8. *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum.* Vbi D. Thomas 3. p. q. 47. art. 3. notauit Deum Patrem tradidisse filium passioni secundum tria. Vno quidem modo secundum quod sua æterna voluntate præordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem iuxta id, quod dicitur Isaia. 53. *posuit in eo iniquitatem omnium nostrum.* Et iterum. *Dominus voluit contere eum in infirmitate. Secundò in quantum inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis infundendo ei charitatē. Tertiò non protegendo eum à passione; sed exponendo persequentibus.* Vnde Matth. 27. legitur quod pendens in Cruce Christus dixit. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, ut etiam Diuus Augustinus notauit.* Hęc D. Thomas. Vnde Origenes lib. 7. in epistolam ad Rom. *Pro nobis, inquit, tradidit illum, non illa traditione, qua dictum est, tradet frater fratrem in mortem, & parentes filios; sed tradidisse eum dicitur, hoc ipso, quod eum, cum in forma Dei esset, passus est exinanire*

Rom. 8.

3. p. q. 47. art. 3.

Is. 53

Matth. 27.

Orig.

Annotationes in Euangelium

nire semetipsum, & formam serui
suscipere, & usque ad mortem Cru-
cis peruenire.

Deinde tradidit semetipsum
ipse Christus. Apostolo attestā-
te ad Ephes. cap. 5. *Dilexit nos,*
Ad E- *& tradidit semetipsum pro nobis*
ph. 3. *oblationem, & hostiā Deo in odo-
rem suauitatis.* Ultimò tradidit
eum Iudas Iudæis, qui tradide-
rant illum Pilato; Pilatus verò
iterum Christum flagellatū tra-
didit voluntati Iudæorū, à qui-
bus crucifixus est.

5. Ex hac verò tam eximia Dei
Patris in Ecclesiam suam chari-
tate, filijq; eius vnigeniti humi-
litate, maxima ducitur ratio ad
cōmendandam in iniurijs, & cō-
tumelijs ferendis patientiam: ea
enim vitur Apostolus ad Heb.
12. cum sic ait. *Recogitate eū, qui*
Ad He *talem sustinuit à peccatoribus ad-*
br. 12 *uersus semetipsum contradictionē:
ut ne fatigemini animis vestris de-
ficiētes, &c.* Quis enim in la-
boribus vāquam deficiet, si ob-
oculos sibi proponat Christi pas-
sionem, & charitatē patris eun-
dem pro mundi salute, & redēp-
tione tradentis? hoc eodē exē-
plo se animabat sponsa Cant. 1.
Cant. *fasciculum myrrhæ diuinū con-*
siderans spōsum in corpore suo

iugiter cōmorantem. Fasciculus
myrrhæ, inquit, dilectus meus mi-
hi, inter vbera mea commorabitur.
In quē locum sic ait Beda. *Chri-*
Beda *stus tanquam myrrhæ fasciculus,*
tunc inter vbera sponsæ commora-
tur, cum Ecclesia mortē sui redēp-
toris sine intermissione intimo cor-
de meditatur: inter vbera, enim cor-
dis esse locum, quis nesciat, &c. Ut
autem memoria passionis Chri-
sti tanquā fasciculus inter vbe-
ra semper possit commorari,
opus est vt læpe ea, quæ pro no-
bis passus est, in memoriam re-
uocemus: propterea enim Pau-
lus vbi supra non satis esse cre-
didit dicere, cogitate, sed, *reco-*
gitate, inquit, hoc est, iterū, atq;
iterum cogitate: vt nimirum ex
multis actibus eadē Christi pas-
sio inter vbera, hoc est cordi iā
possit habitualiter inhærere: ex
multis namq; actibus solet ha-
bit⁹ generari. *Recogitate ergo eū,*
qui talē sustinuit contradictionē.

Hanc passionis Christi reco-
gitationē, & memoriam appella-
uit Petrus Apostolus arma Chri-
stianorum, 1. Petr. 4. illis verbis,
Christo igitur passo in carne, & vos
eādē cogitatione armamini. Vbi
notandum est verbū, *armamini*,
nec enim dixit, induimini, aut
exor-

6. exornamini, sed armamini, & pugnā sonet Apostolus, significeturq; fortitudo passionis Christi, cuius vel sola meditatione armati, animæ hostes facile superantur. Quā ob causam Christus in cruce turris, & fortitudo nostra appellatur. Ps. 60. *Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* In quē locū D. Aug. *Angitur, inquit, cor meum: laboro inter tentationes, is est mihi turris fortitudinis; quo cū fugero non solū vitabo tela inimici, sed etiam in illum, quæ voluero ipse iaculabor. Caue ne feriaris à diabolo; fuge ad turrim. Quomodo autē fugies? ante te turris est: recordare Christū, & intra in turrim: quidquid pateris, cogita quia prior ipse passus est, ut nimirū moreretur, & resurgeret; talem & tu finem spera, qualis in illo præcessit, & introisti in turrim.*

His indutus armis, atq; hac ipsa turri fortitudinis nostræ munus creditur fuisse Iob, cū in ærūnis iacere sum opere exoptaret, tantū abest ut ab illis petierit liberari. Sic enim legitur dixisse. c. 6. *Utinā, qui cepit, ipse me conterat; soluat manum suā, & succidat me: & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat:*

nec contradicā sermonibus sancti. Quibus verbis beat⁹ Iob veluti conqueritur quod Deus ipsum percussit ligata manu, postulatq; ut extēso brachio, solutaq; manu percutiatur; id enim significat cū ait, *solvat manum suam,* quasi dicat. *Ioge da espada à vō tade, & sem algūa piedade; feriatq; vsque ad interneccionem.* Quo loco primū observandum est patiētissimi viri petitio: nec enim petit ab ærūnis liberari, sed potius ut iaceat in illis quousque extremū claudat diē, dūmodò tamē id sine vllō suo peccato fiat: hoc enim significant verba illa, *nec contradicā sermonibus sancti.* Secundō observandū est Dei benignissimū ingenium, qui cū punire incipit, non penitus conterit, facileq; ab incepto desistit, ita ut opus fuerit viro sanctissimo Dei pietatem orare ne ab inferendis calamitatibus desisteret. Tertiō observandum est in medijs ærumnis agnovisse Iob Deum misericordem, atq; parcentem: non enim est voluntatis illius hominis mors, qui potestatem occidendi inimico diabolo denegavit. *Ecce, inquit, in manu tua est; veruntamen animā illius serva, & c.*

Annotations in Euangelium

adPhilipp. 2.

Quem diuine pietatis affectum expressit Paulus ad Philipp. 2. cum de Apaphroditi morbo loquitur; *infirmatus est, inquit, usque ad mortem, sed Deus misertus est eius: non solum autem eius, verum etiam mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.*

Ultimò notandum est, agnouisse Iob, quos patiebatur dolores salutare esse, quippè qui sibi ingens spiritale bonum essent parituri, tum etiam quia clamare eum compellebant, & orare Deum; nihil verò iniuriæ aduersus Deum effutire; quæ observatio elicitur ex verbo illo, *dolore*, quo utitur Iob in sua petitione dicens, *affligens me dolore, non parcoat.* Vbi notant hebræi, quod verbum hebraicum significat dolorem quasi parturientis. Quo sensu dictum est Isaia. 26. *Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine: concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis.* Quasi dicerent. Quauis parturientibus propter dolores, quibus cruciamur similes simus, nihil tamen proferimus nisi saluberrimum spiritum, qui Deo, & ho-

minibus gratissimus est: nam dolentes Deo gratias agimus: flagellati illum obsecramus: maledicimur, & benedicimus. Huc autem dorem dolendi, & clamandi ad Deum, instar parturientis affectum, nulli vitio tribuit scriptura, quin potius ingentis stupiditatis illos damnat, qui dolentes non clamant, nec parturiunt salutarem spiritum, sicut Hierem. c. 5. *Percussisti eos, & non doluerunt, id est non parturierunt, nec instar parturientis clamauerunt, diuinam opem cum gemitu implorantes.*

Verè Iacobus Apostolus in sua canonica cap. 5. eos, qui in ærumnis suis patienter se habuerunt, prædicat beatos esse dicendos. *Ecce, inquit, beatificauimus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus, & miserator.* Verè namq; Dominus misericors est, & miserator, qui seruo suo Iob addidit omnia duplicia, ut dicitur capite ultimo, *benedixitque nouissimis eius magis quam principio.* Quo sensu nonnulli interpretantur verba illa, *finem Domini vidistis*, ut idem sit ac finis, quem

Isa. 26

8.

Hier.

5.

Iaco 5.

ad Iob

quem Deus imposuit calamita-
tibus eius. Quauis Beda, & alij,
finem Domini de passione, & re-
surrectione Christi intelligant,
vt sit sensus. Vidistis finem Do-
mini id est, quam fœlici clausu-
la, & fine eius passio fuerit ter-
minata. Quasi diceret, propte-
rea & vos debetis habere simi-
lem in vestris tribulationibus fi-
duciam, easque expectatione fu-
turæ fœlicitatis, & gloriæ pati-
enter tolerare: est enim Christi pas-
sio eam imitantibus non solum
clypeus, sed turris etiam fortitu-
dinis à facie inimici. Auctor ope-
ris imperfecti notauit diabolum
duos hos fratres à virtutis arce
deijcere voluisse, cumque per
se non posset, matre tanquam
instrumētum vsum fuisse: sic enim
9. filios alloquitur in persona Chri-
sti. *Ego vos vocavi ad partem dex-
teram de sinistra, & vos vestro
consilio curritis ad sinistram. ideo
forsitan & per mulierem res age-
batur: vidit enim diabolus quia ad
uersus illos agere non valebat, con-
tulit se ad consueta arma mulierū,
vt sicut Adam per mulierem spo-
liauit, ita & istos superaret per ma-
trem: nam & si mater erat, tamen
mulier erat. Propter quod etsi affe-
ctus eius dulcis erat erga filios*

quasi matris, intellectus tamē eius
nocuius erat quasi mulieris. Sed
iam non poterat per mulierem per-
ditio introire in sanctos, ex quo de
muliere salus eunctorum processit.

Eisdem diabolus vsus est ar-
mis, vt Iob patientiam debella-
ret, eumque ab innocentie arce
deijceret, suadens scilicet vxori
ipsius Iob, vt virum suum ad
blasphemandum prouocaret;
quæ diabolo acquiescens sic vi-
rum sanctum allocuta est. *Ad- Iob. 2*
*huc, tu permanes in simplicitate
tua? benedic Deo, & morere. Quo-
rum verborum iuxta sententiā
D. Thomæ, & Lyrani talis esse
potest sensus quasi dixerit. cum
ex tua pietate nihil nisi ærum-
nas reportaueris, nūc iam aliud
viuendi institutum arripe; iniu-
rius esto in Deum; quod fortè
fœlicius cadet: quod si etiā mo-
riendū tibi ea ratione sicut nūc,
nihil tentasse nocuerit. Fuisse
autem hoc nouum tentationis
genus, calamitatumq; Iob om-
nium perniciosissimā, atq; ideo
diabolum inter omnia bona ip-
sius Iob solam vxorem reser-
uasse, tradiderunt Tertullianus,
Cyprianus, Augustin⁹, & Chry-
sostomus. Qua etiam ratione
Gregorius Naziāz. oratione in
lau-*

Autor
oper.
imp.

Annotationes in Euangelium

laudem Athanasij illam appellat calamitatis cumulum. & Chrysostomus, fortissimum, atque apertissimum aduersus Iobum telum, & pugnandi instrumentum.

10. Quare iure optimo Iob eam stultam appellauit; quasi una, inquit, de stultis mulieribus locuta es: vere namque stulte locuta fuit; tum quia elegit diaboli vicem agere contra virum suum iustum, & pium, tum vel maxime quia in caput suum consilium dabat: si enim vir eius aduersus Deum blasphemaret, & moreretur, nec ipsa postea viveret Dei beneficio cum viro suo centum quadraginta annis in maxima rerum omnium abundantia; nec videret filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem, sicut testatur Scriptura capite vltimo Iob.

Iob. c. vlt.

Similiter & mater filiorum Zebedæi petens filijs primas sedes insipienter egit. Vnde à Christo audire meruerunt filij eius, Nescitis quid petatis: re enim bene expensa, non pro filijs, sed contra eosdem petijt, dicens, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram in regno tuo: vel enim

Christum temporaliter regnaturum sperabant, & tunc si primas haberent sedes implicabāt se negotijs secularibus; id, quod Apostolus 2. ad Timoth. 2. improbat dicens. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: vel per primas sedes intelligebant Ecclesiasticas dignitates; & tunc incidebant in illud vœ, quod Diuus Augustinus in se ipso maxime deflet. Væ, inquit, mihi, quia positus sum ad gubernaculum, cum non essem sufficiens ad remum.* Gregorius etiā magnus homil. super Euangelium, quod legitur in octaua Paschæ agens de potestate, quā Apostoli à Christo acceperunt, *Grandis, inquit, honor, sed graue pondus: durum quippe est, vt qui nescit tenere modera mina vitæ suæ, iudex fiat alienæ: & plerumque fit vt hunc iudicij locus teneat, cui ad locum vita minimè concordat, ac proinde sæpè agitur vt vel damnet immeritos, vel alios soluat ipse ligatus.*

Secundo nesciebant quid sibi peterent: exponebant enim se manifesto periculo, reddendi scilicet rationem de factis subditorum, cum vix pro suis quisque reddere sufficiat; id, quod

2. ad Tim. 2.

Aug.

Greg.

11.

Diuus Tho. Hebr. 11.
Hier. 11.
Prou. 6.
 quod notauit Diuus Thomas. Obedite, inquit Apostolus ad Hebræos. 13. *præpositis vestris: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Vbi Diuus Thomas, reddent, inquit, prælati rationem de sibi commissis, quando fiet eis illa quaestio Hierem. 13. *Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? quid dices cum visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te: scilicet loquendo bona, & faciendo mala; & erudisti in caput tuum: per mala tua exempla.* Vnde Prouerb. cap. 6. dicitur. *si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum, manum tuam: illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus: fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum.* Prælatus manu, id est, exemplo boni operis, & ore, id est, prædicatione obli-

gat se Christo pro subditis. Dicitur autem Christus extraneus, quia, ut ait Bernardus, *amicus est in sponsione, sed extraneus in exigenda ratione.* Meminerint ergo prælati, ut ait Gregorius, *Tot mortibus dignos se esse, quod exempla prædicationis ad subditos transmittunt.*

Tertiò nesciebant quid peterent, quatenus gratis sibi dari volebant, id, quod meritis reseruatum est. Vnde Euthymius explicans illud Christi, *Non est meum dare vobis*, sic ait. *Quod dicit non est meum, non impotentia est, sed iustitia: nam quia gratis sibi dari primatum petebant, non est, inquit, meum dare gratis primatum; id siquidem significat dare, sed hoc est illorum, quibus paratum est à Patre meo. Paratum est autem ijs, qui digni sunt, ut hoc consequantur.*

(.?.)

A N N O



ANNOTATIONES

IN EVANGELIUM,

Pro Dominica tertia in

Quadragesima.

Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

I.



Demoniacus iste mutus, cæcus, & surdus fuisse describitur: Lucas enim Euangelista mutum; Matthæus

Matt. 22. & 9.

cæcum, at vero Diuus Ioannes Chrysoſtomus surdum eum fuisse commemorat. Vbi primò notandum est, huiusmodi hominẽ typum fuisse animæ in peccato existentis, cui diabolus salutis ostium claudit, ne vel Deus ad ipsam, vel ipsa possit ad Deum venire. Miserum hominem diabolus nititur excæcare, ne mala eminentia, æternæque mortis possit damnationem præuidere. Surdum facit ne sacræ Scripturæ testimonia peccatũ destruentia, sanctorumq; monita prædicatorũ salutaria possit audire: mutum, ne in sacramento pœnitentiæ per confes-

sionem, debitamque peccatorũ satisfactionem, à Deo possit delictorum veniam impetrare. In sinuasse hæc omnia Deus vñsus est Gen. 4. cum sic fratricidam Caimum allocutus ait. *Nonne si bene egeris recipies, si autem male, peccatum tuum statim in foribus aderet?* quasi diceret. Tomarvos ha as portas da rua por onde vos podia entrar o remedio, ou por onde o podeis sahir a buscar. Erat igitur *Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. 1. peccatum eius in foribus aderat.*

Gen. 4.

Secundò notãdum est, quod sicut florem sequitur fructus, sic ex peccato oportet huiusmodi pœnam germinari: hac enim metaphora vsus est Apostolus ad Roman. 6. cum sic ait. *Quem fructum habuistis in ijs, de quibus nunc erubescitis? & euidentiũs*

AdRo ma. 6.

Eze-